

1817
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE



ANCIENS

ÉVÊCHÉS DE BRETAGNE

HISTOIRE ET MONUMENTS

PAR

J. GESLIN DE BOURGOGNE ET A. DE BARTHÉLEMY.

Domus sanctificationis nostræ et gloriæ nostræ, ubi laudaverunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

(Isaïe. Cap. LXIV, 11.)

DIOCÈSE DE SAINT-BRIEUC.

TOME TROISIÈME (2e PARTIE).



PARIS
LIBRAIRIE A. FRANCK,
A.-L. HÉROLD, SUCCESSEUR,
Rue de Richelieu, 67.

SAINT-BRIEUC
LIBRAIRIE
GUYON FRÈRES, IMPRIMEURS,
Rue Saint-Gilles, 4.

M DCCC LXIV.

ANCIENS

ÉVÊCHÉS DE BRETAGNE

TOME TROISIÈME

DEUXIÈME PARTIE.

SAINT-BRIEUC. — IMPRIMERIE DE GUYON FRÈRES, LIBRAIRES.

XCVII.

Emprunt de R. de Hillion, pour s'acquitter envers des Juifs.

Universis Christi fidelibus ad quos presentes lictere pervenerint, Guillelmus de Brollio, senescallus Penthevrie, salutem in Domino. Noveritis quod Rollandus de Hillion, miles, coram nobis invadiavit in curie domini Petri, nobilis ducis Britannie, et comitis Richemundi, abbacie Sancti Albini, Cist. ord., omnes decimas suas de parrochia de Pludeliau, cum assensu et bona voluntate Thomasse uxoris sue et heredum suorum, et domini Gaufridi Prepositi de Maroyo, et domini Guillelmi de Sancto Denoallo militis, super sexaginta libris currentis monete; ista quod ipse Rollandus, vel alius pro eo, vero poterit istas decimas usque ad octo annos aquitare; sed elapsis prius illis octo annis, ille Rollandus vel heres ejus poterunt illas decimas aquitare, excepta una mina frumenti que dudum est elemosinata, atque predicte abbacie perpetuata erat, solutis prius ex integro sexaginta libris quas ab ipsa abbacia, super decimis illis, dictus Rollandus recepit ad liberandum se de Judeis; tenetur item dictus Rollandus predicte abbacie ad garantizandum predictas decimas super omnibus mobilibus et immobilibus suis. Et hec omnia juravit, tactis sacrosanctis Dei evangeliis, se fideliter et sine fraude servaturum; et, ad hec omnia tenendum, curiam domini Petri ducis Britannie posuit in custodem, et, ad peticionem parcium, presentes licteras sigillo nostro et sigillo dicti Rollandi de Hillion sigillavimus, in hujus rei testimonium et munimen Actum apud Lambalum, die dominica in crastino beati Hilarii, anno Domini M° CC° XXX° quarto, mense januarii (1). (*Cartul. 194.*) 1234

XCVIII.

Confirmation de donations, par Gervaise de Dinan.

Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, Gervasia domina de Dynan, salutem in Domino. Noveritis quod nos pro salute anime nostre et animarum antecessorum et successorum nostrorum, 1235

(1) A la page suivante, le même fait est relaté dans une charte qui commence ainsi :

Universis Christi fidelibus ad quos lictere iste pervenerint, Gaufridus, prepositus de Maroio, miles, salutem in Domino. Noveritis quod Rollandus de Hillion, miles, invadiavit monachis de Sancto Albino, ord. Cist., omnes decimas suas de parrochia de Pledelia super LX libris currentis monete, in curia mea coram me domino feodi in quo decime ille sita sunt, etc. — Elle se termine ainsi : Quum sigillum proprium non habeo, ad peticionem parcium sigillo predicti Rollandi litteras istas feci sigillari. Actum anno gracie M° CC° tricesimo quarto.

in viduitate nostra, concessimus et confirmavimus monachis de Sancto Albino, Cist. ord., in puram et perpetuam elemosinam, novem minas frumenti apud Plouemauden, quas predicti monachi habent ibi de dono nostro, et de dono bone memorie Juhelli de Meduana quondam mariti nostri; preterea quicquid predicti monachi in presenti habent sub dominio nostro eis damus et confirmamus in puram et perpetuam elemosinam, etc. Actum anno gracie M° CC° XXXV°. (*Copies de 1237 et 1300 ; cette dernière de la cour de Dinan. — Cartul. 49.*)

XCIX.

Sentence relative aux dîmes de St-Aaron et de Quintenic.

1235 Universis Christi fidelibus has licteras visuris et audituris, abbas et prior Sancte Crucis et prior Sancti Salvatoris de Guingampo, judices a domino papa delegati, salutem in Domino : cum controversia verteretur coram nobis auctoritate domini pape, inter abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord. ex una parte, et Petrum Legete ex alia, super decimis de Quintenit et de Sancto Aarono, Briocensis diocesis, quas dederat dictis abbati et conventui Trehan dictus Stultus de Erqueio, jurato de calumpnia lite prius solempniter contestata tam per confessionem dicti Petri quam per probacionem dictorum abbatis et conventus predictas decimas dictis abbati et conventui per diffinitivam sentenciam, de consilio bonorum virorum, judicavimus, contradictores et perturbatores excommunicantes, dictum Petrum dictis abbati et conventui in expensis legitimis condampnantes. Actum apud Guingampum anno Domini M° CC° XXX° quinto. (*Cartul. 177.*)

C.

Donation de Olivier Le Fol, d'Erquy.

1235 Universis Christi fidelibus ad quos iste lictere pervenerint, Guillelmus, archidiaconus Penthevrie, salutem in Domino. Noveritis quod Oliverius, filius Petri filii Hamonis Le Fol, dedit et concessit abbacie Sancti Albini, Cyst. ord., in puram et perpetuam elemosinam, quicquid juris habebat vel habere poterat in villa Sancti Kaenou, et in terris adjacentibus grangie Sancti Carroci, in parrochia de Erque ; etc. Datum anno gracie M° CC° XXX° quinto. (*Cartul. 144.*)

CI.

Donation d'une demi-mine de froment en Lalandec.

1235 Omnibus Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, Bertrannus Lovel, miles, salutem in Domino. Noveritis quod ego dedi

et concessi, cum assensu filiorum meorum, in puram et perpetuam elemosinam, dimidiam minam frumenti annui redditus, ad mensuram Dinanni venalem, pro salute anime Johannis Lovel, militis, defuncti fratris mei, et mee, Deo et abbacie Sancti Albini, Cist. ord., et monachis ibidem Deo servientibus; et assignavi illam in feodo de la meiterrie de Tertre Ysaac sitam in parrochia de Lanadec. Predicti vero monachi quitaverunt me et filios meos de elemosina dicti Johannis Lovel defuncti, etc. Actum est hoc anno gracie M° CC° XXX° quinto. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CII.

Donation d'Etienne Cadiou, de Noyal.

Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, Alanus Bedou, miles, salutem in Domino. Noveritis quod Stephanus Cadiou, et Haoys uxor ejus, et Petrus primogenitus eorum, in nostra presencia constituti, dederunt et concesserunt abbacie Sancti Albini, ord. Cist., quicquid juris habebant vel habere poterant in Tuscha de Noeal et in Sancto Suliano et pertinenciis ejusdem, in puram et perpetuam elemosinam; etc. Et in hujus rei testimonium, ad peticionem parcium, licteras istas, quoniam sigillum proprium non habebamus, sigillo Guillelmi Borrel, allocati Guillelmi de Brollio, senescalli Penthevrie, fecimus sigillari in robur et munimen. Actum anno gracie M° CC° XXX° quinto. (*Cartul. 161. — Voy. le N°* XLVIII. 1235

CIII.

*Marguerite, dame de Plancoët, confirme à S*t*-Aubin les dîmes de* Languenan, *aumônées à l'abbaye par noble homme Alain Goyon, ainsi que les possessions que le monastère a dans son domaine. La charte était scellée par Marguerite et par Gervaise de Dinan, alors veuve de Richard, maréchal d'Angleterre. (Cab. Cornillet. — Cart. 250, d'après une copie donnée, le mercredi avant la Pentecôte 1280, par Pierre, évêque de S*t*-Brieuc. — Autre copie de 1301, de l'évêque Geoffroi, aux arch. dép. — Mél. hist. et arch., 2*e* cah., p. 135.)* 1235

CIV.

Don d'un prébandier de froment en Pléhérel.

Philippus, Dei gracia Briocensis episcopus, universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Thomas, filius Aufredi Restaut, et Petrus frater ejus, in nostra presencia constituti, pro salute animarum suarum et antecessorum, dederunt Deo et abbacie Sancti Albini, ord. 1235

Cist., unum prebendarium frumenti (1) et duos denarios annui redditus, quos predicta abbacia reddebat eisdem annuatim in natali Domini de quadam terra que vocatur La Sauzree, in parrochia de Pleherel : similiter Guillelmus Albini cum assensu Havis uxoris sue et filiarum suarum, coram nobis, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam dicte abbacie Sancti Albini, et monachis ibidem Deo servientibus, unum prebendarium frumenti et duos denarios quos predicta abbacia eidem Guillelmo debebat in natali Domini annuatim ; etc. Actum die Jovis proxima ante festum beate Katerine, anno gracie Mº ccº xxxº quinto. Valete. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Le sceau, en cire verte, représente l'évêque debout et bénissant, tenant une crosse : S. PHIL.... Le contre-sceau, un buste mitré : SCS.....*)

CV.

Donation de Bertrand de la Bourdonnaie, de Trégomar.

1235 Universis presentes litteras inspecturis et audituris, Philippus Dei gracia Briocensis episcopus, salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presencia constitutus Bertrannus de Labordonnee, clericus, ex una parte, et Gaufridus dictus Juvenis, miles, et Guillelmus ejus filius primogenitus ex altera; dictus Bertrannus, cum assensu et voluntate dictorum Gaufridi et Guillelmi, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam, abbacie Sancti Albini, Cist. ord., herbergamentum ipsius Bertranni in quo manet idem Bertrannus, situm in villa de Labordonnee in parrochia de Tregomar, et quoddam jornale terre arabilis ipsius Bertranni situm in villa de Labordonnee, proximum ante portam dicti herbergamenti, tali modo quod dictus Bertrannus et sui heredes teneant et habeant dictum herbergamentum a dicta abbacia in futurum, et dictum jornale terre arabilis, reddendo dicte abbacie de dicto herbergamento et de dicto jornali terre unam perream siliginis ad mensuram Lamballi, annui redditus, et obediendo dicte abbacie de dicto herbergamento, et de dicto jornali terre, secundum usus patrie; quod herbergamentum et quod jornale terre dictus Bertrannus rite et racionabiliter emerat a Petro dicto Pepin et a Johanne Faucillon, coram predictis Gaufrido et Guillelmo dominis feodalibus dicti herbergamenti et dicti jornalis terre : quod recognoverunt coram nobis dictus Gaufridus et Guillelmus ejus filius; et sciendum est quod Guillelmus abbas tunc temporis dicte abbacie Sancti Albini in nostra presencia constitutus, nomine suo et nomine conventus dicte abbacie recepit dictum Bertrannum in hominem de dicto herbergamento et de

(1) Le prébandier de froment valait d'ordinaire quatre boisseaux. Voir notre tableau des anciennes mesures. Du Cange, V. 728, et II. 1230.

dicto jornali terre cum assensu et voluntate dictorum Gaufridi et Guillelmi; etc. Datum anno Domini M° CC° XXX° quinto, mense decembris. (*Cartul. 19. — Cab. Cornillet.*)

CVI.

Donation de Geoffroi Patin, de Dollo.

Universis Christi fidelibus ad quos lictere iste pervenerint, Philippus 1236
Dei gracia Briocensis episcopus, salutem in Domino. Noveritis quod Gaufridus Patin, in nostra presencia constitutus, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam abbacie Sancti Albini, Cist. ord., quicquid juris habebat vel habere poterat in decima de Entre Goif et Aruel in parrochia de Dolou; et quicquid juris habebat in decima Radulphi fratris sui, quam decimam ipse prius invadiaverat dicte abbacie super undecim libris; etc. Actum anno gracie M° CC° XXX° sexto, mense novembris. (*Cartul. 251*)

CVII.

Donation d'une chapellenie par Gervaise de Dinan.

Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, Gervasia 1236
domina Dynanni, salutem in Domino. Noveritis quod ego, in viduitate mea, post mortem bone memorie Richardi Marischallis, quondam mariti mei, pro salute anime mee et pro salute parentum et heredum meorum, dedi, concessi et confirmavi, in puram et perpetuam elemosinam abbacie Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc.; ad victum et vestitum unius monachi, qui honore beate Marie Virginis in eadem abbacia celebrabit pro me et pro meis heredibus, duodecim libras annui redditus; et eas assignavi omni anno recipiendas in draperia Dynanni de primis redditibus meis libere et pacifice et quiete; et nisi ille XII libre infra nundinas Dynanni solverentur, marcham argenti pro pena cum illis XII libris prepositi mei reddant predicte abbacie sine contradictione; et, ut donacio ista rata et inconcussa in futurum permaneat, litteras istas sigillo meo sigillavi, et ad majorem confirmacionem dominus Gaufridus, Macloviensis episcopus, ad peticionem meam hiis litteris suum sigillum apposuit in testimonium et munimen. Actum anno gracie M° CC° XXX° sexto, post festum beati Thome apostoli. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 49, 128. — Le 8 août 1366, confirmée par le duc Jean, et le 4 novembre 1452, par le duc Pierre.*)

CVIII.

Une veuve reconnaît devoir une rente de dix sols.

Universis Christi fidelibus ad quos lictere iste pervenerint, Gervasia 1237
domina Dynanni, salutem in Domino. Noveritis quod Amicia relicta

Raginaudi Le Sellier, in presencia nostra, pro se et pro heredibus suis bona fide promisit quod de cetero in perpetuum, ad nundinas Dynanni, reddet libere abbacie Sancti Albini decem solidos pro domo sua et pro campis quos tenet de predicta abbacia apud Dynanmi; etc. Actum anno gracie M° CC° XXX° septimo. *(Copie de la cour de Dinan de 1307. — Cart. 48. V. N° XCXIV.)*

CIX.

La dame de Plancoët donne un de ses vassaux.

1237 Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, Margarita domina de Plancoit, salutem in Domino. Noveritis quod nos Guillelmum Bordon, hominem nostrum, et heredes suos, dedimus et concessimus liberos et quitos ab omni exactione et jure, in puram et perpetuam elemosinam, abbacie Sancti Albini, Cist. ord., etc (1). Actum anno gracie M° CC° XXX° septimo. (Vidimus *de Philippe, évêque de St-Brieuc. — Cart. 227. — Orig. aux arch. des Côtes-du-Nord.)*

CX.

1237 *Mandement de Marguerite, dame de Plancoët, à l'alloué du sire de Penthièvre (le comte de la Marche), pour faire rembourser à St-Aubin, sur les revenus de la terre de Plancoët, 40 livres que l'abbaye lui avait prêtées. (Cart. 226. — Mél. arch., 2e cah, 136.)*

CXI.

1237 *Testament de Marguerite, dame de Plancoët. Elle veut que l'on prélève : 1° 60 livres sur sa terre pour payer ses créanciers, au nombre desquels figure l'abbaye de St-Aubin pour 40 livres ; 2° 100 livres, dont 50 pour les religieuses de Mortain, et 50 à la disposition de ses aumôniers. Elle donne en outre, aux religieuses de Mortain, 100 sous de rente sur les moulins de Plancoët, au jour de la Nativité. Ses exécuteurs testamentaires sont l'évêque de St-Brieuc et l'abbé de St-Aubin (Cart., f° 226. — Mél. arch. 2e cah., 136).*

CXII.

L'évêque Philippe confirme les biens de l'abbaye.

1237 Philippus, Dei gracia Briocensis episcopus, universis Christi fidelibus presentes licteras inspecturis et audituris, salutem in Domino :

(1) Copie du lundi après *Oculi mei*, 1322, donnée par Eon Sallemon, garde des sceaux du terrouer de Penthièvre pour Gui de Bretagne, et par Guillaume de la Chesnaye, alloué en Penthièvre : les témoins de cette dernière copie sont Jean de Brehand, écuyer, Rolland de la Roche et Geoffroi Pergaran, sergents de Lamballe. *(Cab. Cornillet.)*

cum ex injuncto nobis officio teneamur ea que ad viros religiosos pertinent tueri et inviolabiliter observare, nos, et capitulum nostrum, abbacie de Sancto Albino, ord. Cist., omnes decimas quas in nostro episcopatu possidet, et ceteras elemosinas sibi factas de donis tam vivorum quam mortuorum concedimus et confirmamus libere et pacifice possidendas : insuper concedimus eidem abbacie omnes decimas quas de cetero per empcionem (1), seu per gagium, seu de donis fidelium in nostra diocesi poterit adipisci, salvo terciagio ecclesiarum parrochialium : ita quod in acquirendis de cetero decimis, liceat nobis et capitulo nostro, si voluerimus, dictas decimas pro precio dato vel premisso per acquisicionem illa facienda retinere ; et ne super hoc in posterum possint abbas vel monachi ejusdem abbacie molestari, nos episcopus et canonici nostri, qui presentes interfuerunt et consenserunt, licteras istas sigillis nostris fecimus roborari, quia capitulum nostrum proprium sigillum non habebat : quorum nomina inferius duximus annotanda. Guillelmus, archidiaconus Penthevrie, Th. archidiaconus Goeloie, magister Natale cantor, N. magister scolarum, Alanus de Ploguenoet, decanus Radulfus, magister Guillelmus de Alta-Villa, Nicholaus et Guillelmus et Petrus de Lamallor canonici Briocenses. Actum in nostro capitulo, in crastino Sancti Brioci, Kalendas maii. Anno gracie m° cc° xxx° septimo. (*Cart. 235.*)

CXIII.

R. de Valle-Morvan confirme le don fait par Joces L'Asne.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audituris, 1237
Radulphus de Valle Morvan, miles, salutem in Domino. Noveritis quod Jocius Lasne, quum laborabat in extremis, pro remedio anime sue et heredum suorum, abbacie Sancti Albini, Cist. ord., unum cartegium (2) frumenti, cum assensu et volumptate uxoris sue et heredum suorum, in puram et perpetuam elemosinam dedit et concessit in feodo Gaufridi filii Lovel, situm in parrochia de Corsot, me dicto Radulfo ad dictam elemosinam presente. Et ut hoc ratum et stabile dicte abbacie permaneat, ego dictus Radulfus, dominus super illum feodum, ad peticionem utriusque partis, istas litteras sigillo

(1) Du Cange attribue deux sens à ce mot : le droit payé au seigneur en achetant une terre, sorte de droit de mutation ; et l'*aide* payé au seigneur qui achetait une terre. Aucune de ces deux versions ne convient ici : nous croyons que le vrai sens est une acquisition, de quelque nature que ce soit. Notre explication est justifiée par la charte CXXIII.

(2) *Cartagium, Quarterium*, était la moitié des mines de froment, et se composait tantôt de 3, tantôt de 4 boisseaux. (Voir notre tableau, et Du Cange, II, 367, ; IV, 856 ; V, 1045.)

meo sigillavi in hujus rei testimonium et munimen. Valete. Datum anno Domini M° CC° XXX° septimo, mense maii. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CXIV.

Jugement rendu par les prieurs de N.-Dame et de St-Malo de Jugon.

1237 Universis presentes litteras inspecturis Beate Marie et Sancti Maclovii de Jugonio priores subdelegati judices ab abbate et priore Beate Marie de Bello Loco, judicibus a domino papa delegatis, salutem in Domino : cum contencio verteretur inter abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., ex una parte, et Alanum Lebeq ex altera, coram nobis auctoritate apostolica super hoc, quod Alanus Lebeq multas injurias illis et hominibus suis intulerat. Tandem composicio fuit coram nobis inter ipsos in hunc modum, quod dictus Alanus juravit coram nobis super libro missale, et super altare, in ecclesia Beate Marie de Jugon, quod de cetero bonus amicus erit monachis et ipsius abbacie, et eciam hominibus suis; et quod homines illius abbacie habebunt communionem per totum feodum dicti Alani Lebeq sicut alii vicini sui ; et si casu aliquo contingeret quod dictus Alanus composicionem istam frangeret, pro pena teneretur dictis monachis viginti quinque solidos ; et concessit quod excommunicaretur donec persolveretur pena et donec fuerit emendacio forefacti ; et concessit quod priores sigillant judicium presens scriptum. Datum anno Domini M° CC° XXX° septimo, die lune ante festum beate Marie Magdelene. (*Cart. 141.*)

CXV.

Donation de Pierre Amiot, d'Erquy.

1237 Universis presentibus litteras inspecturis Philippus, Dei gracia Briocensis episcopus, salutem in Domino. Noverint universi quod Petrus Amiot, in presencia nostra constitutus, dedit et concessit monachis Sancti Albini, Cist. ord., in puram et perpetuam elemosinam, quicquid juris habebat dictus Petrus in Villa Maclovii de Sancto Carroco, sita in parrochia de Arque, et ad ipsum devenire spectabat tam in terris et decimis et aliis rebus, eisdem monachis jure hereditario in perpetuum pacifice possidendum, etc. Datum die veneris proxima post octavas Epiphanie Domini, anno Domini M° CC° XXX° septimo. (*Cart. 28 et 23. — Cab. Cornillet.*)

CXVI.

Extrait du testament de la dame de Goëllo.

[illegible]7 Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Margarita domina Goloie, salutem. Noveritis quod ego tale concedi testa-

mentum : videlicet trescentas libras pauperibus distribuendas, sicut in litteris testamenti mei continetur; et tales constitui executores : videlicet episcopum Briocensem et abbatem Sancti Albini, Cist. ord., et dominum meum; et ut ratum sit et stabile permaneret sigillo meo et sigillo domini episcopi Briocensis istas litteras sigillavi. Datum anno Domini M° CC° XXX° septimo, die sabbati proxima post Epiphaniam. (*Cart. 225.*)

CXVII.

Confirmation par la même d'une rente sur la draperie de Dinan.

Ego Margarita, uxor nobilis viri Henrici de Avaugor, notum facio universis quod ego concedo et confirmo, cum assensu et bona voluntate Alani et Juhelli filiorum meorum, abbacie Sancti Albini, Cist. ord., duodecim libras annui redditus in puram et perpetuam elemosinam, quas domina Gervasia mater mea predicte abbacie elemosinaverat in draperia Dynanni possidendas; etc. Actum anno gracie M° CC° XXX° septimo. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 81.*) 1237

CXVIII.

Accord avec Gautier Thehar et Gilles Le Porc, de Pléhérel.

Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis vel audituris Gaterus Thehar et Egidius Le Port, salutem in Domino. Noveritis quod cum abbas Sancti Albini et conventus, Cist. ord., haberent quamdam terram per gagium nobis juri hereditario pertinentem, eam nobis reddiderunt sub tali condicione quod nos eisdem concessimus partem nostram prati de Spina Briencii supra quinquaginta solidos quos habebant super dictam terram; et, ne qua contencio super id oriatur, eis tradidimus litteras istas munitas sigillis magistri Guillelmi presbiteri Sancti Germani, et magistri Oliverii Sancti Gallerici, quum sigilla propria non habebamus. Actum anno gracie M° CC° XXX° octavo. (*Cart. 40. — En marge on lit le mot* Pléhérel.) 1237

CXIX.

Confirmation des biens de l'abbaye dans le domaine de Dinan.

Universis presentes litteras inspecturis Gervasia, domina Dinanni, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego dedi, amore Dei et caritatis intuitu, et concessi abbacie Sancti Albini, Cist. ord., omne illud quod habet in terra mea sub dominio meo tam de mobilibus quam de immobilibus in puram et perpetuam elemosinam, etc. Actum anno gracie M° CC° XXX° octavo. (*Cart. 83. — Copie de la cour de Penthièvre, du mardi après la St-Luc 1299.*) 1238

CXX.

Confirmation d'une aumône par Gilles de St-Rieul.

1238 Universis Christi fidelibus ad quos lictere iste pervenerint Egidius de Sancto Rioco, salutem. Noveritis quod, Dei amore, dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam abbacie Sancti Albini, Cist. ord., quidquid juris habebam, vel habere poteram, in decima quam Trehant Le Fol dedit predicte abbacie; que decima sita est in parrochia de Quistenit et de Sancto Aaronio; et ut ratum et stabile in perpetuum habeatur licteras istas sigillis religiosi viri Alani abbatis beate Marie de Boquien et Guillelmi archidiaconi Penthevrie feci sigillari in hujus rei testimonium pariter et munimen. Actum anno gracie M° CC° XXX° VIII°. (*Cartul. 177.*)

CXXI.

Accord avec Geoffroi Tournemine au sujet de la forêt de Lamballe.

1238 Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis et audituris Philippus, Dei gracia Briocensis episcopus, salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod cum diu verteretur contencio inter abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., ex una parte, et Gaufridum Tornemine et suos ex altera, super foresta Lambalie que antiquitus foresta de Lanmor vocatur, in qua predicti abbas et conventus a prima fundacione ipsius abbacie dicebant se habere usus suos ad omnia necessaria ex donacione comitum Lambalie antecessorum dicti Gaufridi : quam forestam, ut dicebant, predictus Gaufridus vendere non poterat omnino vel distrahere in eorum prejudicium, cum si hoc fieret, usus sui in eadem foresta deperirent. Tandem, post multas contenciones motas inter ipsos, amicabilis composicio inter eos facta fuit coram nobis cum assensu abbatis de Begar in hunc modum : quod idem Gaufridus Tornemine, cum assensu Oliverii patris sui, spontanea voluntate pro salute anime sue et parentum et antecessorum suorum, et in recompensacione dampnorum que per vendiciones ejusdem foreste factas per se et per suos intulerat predictis abbati et conventui, dedit et concessit predictis abbati et conventui illam partem foreste que est ante portam dicte abbacie, de illa noa que descendit ad plesseiam (1) monachorum dictorum ex parte curie vel aque Odonis usque ad aliam noam (2) que est versus capellam Brezel prout bonnata

(1) Synonyme de Plesse, Touche, bois d'agrément, bosquet clos.

(2) *Noa*, noe, pré mouillé et étroit formant d'ordinaire l'intersection de deux terrains inégalement inclinés ; ce qu'en topographie on nomme *talweg*.

est et signata; et concessit eisdem monachis sine aliqua condicione plesseiam suam prout clauditur cum fossatis et illam terram que est a capite dicte plesseie per viam Morvanni prout se extendit usque ad caput terre de Karcoit prout bonnata est et signata, et a capite de Karcoit usque ad predictam noam que est versus dictam capellam, ad omnimodam voluntatem dictorum monachorum faciendam in puram et perpetuam elemosinam, perpetuo et pacifice possidendam; nichil in hiis sibi vel suis retinens preter venacionem et aves gentiles; et hec omnia supradicta tenentur dictus Gaufridus et sui heredes defendere et garantizare contra omnes monachis supradictis. In residuo vero predicte foreste concessit dictus Gaufridus predictis monachis ut sine contradicione aliqua plenarie et quiete usus suos percipiant ad edificia sua facienda, et ad reparacionem eorumdem, et ad pasturam animalium suorum, et ad ceteros usus suos sicut percipere consueverunt et melius percipere poterunt in futurum. Preterea dictus Gaufridus concessit bona fide dictis monachis quod eorum homines habeant communitatem per terram suam et dominium sicuti homines militum et gentilium hominum suorum habent in sua terra (1), et quod dicti abbas et conventus teneant elemosinas suas pacifice in sua terra sicuti tempore antecessorum suorum tenuerunt. Preterea dicti abbas et conventus coram nobis concesserunt predicto Gaufrido et suis heredibus quod de cetero possint vendere et donare de nemore dicte foreste, exceptis rebus superius nominatis datis et concessis, signatis et bonnatis, ad suam voluntatem, contradicione predictorum monachorum cessante, salvis tamen predictis monachis usibus suis in hiis que invenient in eadem foresta percipienda. Hanc vero composicionem juraverunt coram nobis dicti Gaufridus Tornemine et Oliverius frater ejus se bona fide et inviolabiliter servaturos, et predicti abbas et conventus concesserunt bona fide se servaturos eamdem. Et ut hoc ratum esset et firmum nos de concessu et voluntate parcium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini m° cc° xxx° octavo mense novembris. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 13.*)

CXXII.

Emprunt de 20 livres par Rolland de Hillion.

Philippus, Dei gracia Briocensis episcopus, universis Christi fidelibus ad quos lictere iste pervenerint, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Rollandus de Hillion, miles, filius Gaufridi Rosselli de Hillion, et Beneventa uxor sua filia Alani de Retalliis, in 1238

(1) Geoffroy accorde aux vassaux que l'abbaye possède sur ses terres les priviléges dont jouissent ceux des chevaliers et des gentilshommes.

nostra presencia constituti, cum assensu nostro, invadiaverunt abbati et conventui Sancti Albini, ord. Cist., omnes decimas suas quas habebant vel habere poterant in parrochia de Maroy, super quadraginta libris currentis monete; ita quod usque ad tres annos, nisi velint dicti monachi, predictas decimas non potuerunt aquitare; quibus tribus annis elapsis, quousque dictam pecuniam dicte abbacie integre reddiderint dictas decimas suas pacifice rehabebunt; juraverunt eciam coram nobis dicti Rollandus et Beneventa, uxor sua, etc. Actum anno gracie M° cc° xxx° octavo, mense februarii. (*Cart. 196.*)

CXXIII.

Vente du Carterium-Piscis, en Pléhérel.

1238 Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis et audituris, officialis curie Briocensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Gualterus filius Oren, in nostra presencia constitutus, vendidit abbati et conventui Sancti Albini, ord. Cist., pro tredecim libris cursualis monete et decem solidos, terram illam quam in curia Rollandi Cohas, militis, emerat ab Oliverio de Guorreio, milite, a Martino filio Oren fratre dicti Gualteri : videlicet quicquid dicti Oliverius et Martinus habebant in Carterio-Piscis, sito in parrochia de Pleherel, et ad ipsos jure hereditario in dicto carterio pertinebat cum dictus Gualterus eandem terram a predictis Oliverio et Martino racionabiliter emisset, et ad ipsum jure propinquitatis empcio illa devenisset; et de terra supradicta sesivit dictus Gualterus cum assensu dictorum Oliverii de Guorreio et Martini predictos abbatem et conventum Sancti Albini coram nobis; etc. (1) Datum anno gracie M° cc° xxx° octavo, mense februarii. (*Cart. 120.*)

CXXIV.

1238 *Février. Charte de l'évêque de St-Brieuc, constatant que Gautier, fils d'Oren, a donné à l'abbaye la terre appelée* Carterium-Piscis, *sise en Pléhérel, et achetée par lui moyennant 12 livres, de Olivier du Gouray, chevalier, et de Martin, fils d'Oren.* (*Cart. 121.*)

CXXV.

Donation de Orein de Dinan.

Omnibus presentes litteras inspecturis Gaufridus, Macloviensis archi-

(1) Nous appellerons l'attention du lecteur sur quelques détails de cette charte : d'abord, c'est devant la cour d'un simple chevalier que le quartier dit du *Poisson* est vendu ; c'est à titre de retrait lignager que cette acquisition revient à Gautier; enfin, c'est avec l'assentiment des anciens propriétaires que l'acquéreur met les moines en possession de son nouveau domaine.

diaconus, salutem in Domino. Noverint universi quod Orein, relicta Radulphi Gastrol, Guillelmus filius ejus primogenitus, et Willelmus filius ejus, in nostra presencia constituti, dederunt et concesserunt abbacie Sancti Albini omne jus quod habebant in Roheria de Dinanno, super domos et plateas et ortos, in puram elemosinam : quas Willelmus Jugeors et Guegon Lourelou tenent et possident in dicta Roeria sub dominio dicte abbacie ; etc. Datum die sabbati proxima post octavas Epiphanie Domini, anno Domini M° CC° XXX° nono. *(Cart. 95.)*

CXXVI.

Aumône de Bertrand de La Bourdonnaie et autres.

Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, 1239
officialis Briocensis, vices gerens venerabilis viri Philippi, Dei gracia Briocensis episcopi, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Petrus filius Guehou Borzonoi, in nostra presencia constitutus, dedit et concessit coram nobis in puram et perpetuam elemosinam abbacie Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., et monachis ibidem Deo servientibus, duos campos sitos in villa de Labordonoie eidem ville propinquiores de tenemento suo ; et unum ortum situm in villa de Tregoman juxta ecclesiam, cum assensu et voluntate Petri de Francia et Olive ejus uxoris, dominorum ejusdem tenementi, ad augmentandam illam donacionem quam Bertrannus clericus de Labordonoie fecerat Johanne et Benevente filiabus, et earum heredibus : videlicet de herbergamento suo in quo manebat apud Labordonae, et in alio herbergamento sito in villa de Tregoman ; et de campo suo sito juxta stagnum Sancti Suliani, tenendam ab abbacia et monachis supradictis. Hanc vero donacionem de predictis duobus campis et orto concesserunt coram nobis predictus Petrus, et Oliva uxor ejus ; et dederunt dicto Bertranno clerico et filiabus suis supradictis et heredibus suis decimam suam duorum camporum et orti in puram et perpetuam elemosinam cam omni jure sui Dominii tenendo ab abbacia et monachis supradictis, sine contradictione et reclamacione aliqua, predicti Petri de Francia, Olive uxoris ejus et suorum ; et ut hoc ratum et stabile de cetero permaneret presentes litteras, ad peticionem parcium, sigillo nostro dignum duximus sigillandos in hujus rei testimonium et munimen. Actum anno Domini M° CC° XXX° nono (1). *(Cart. 155. — Bl.-Mant., vol. 73, t. I, 141.—Orig. au cab. Cornillet.)*

(1) La copie des Blancs-Manteaux avait été extraite du Cartulaire en 1717 et envoyée à D. Morice : elle paraît avoir été motivée par la demande de Joseph Olivier de France, seigneur de Landal, qui prétendait probablement descendre de *Petrus de Francia*, mentionné dans cette charte.

CXXVII.

Accord relatif à la Ville-Bressel, en Pléhérel.

1239 Universis presentes litteras inspecturis vel audituris, prior beate Marie de ponte de Plancoit, et Moises persona Sancti Salvatoris ejusdem ville, judices a domino papa delegati, salutem in Domino. Noveritis quod abbas et conventus Sancti Albini, Cist. ord., in nostra presencia constituti, petebant a Guillelmo Thoreut, et ejus uxore, quandam terram sitam in parroschia de Pleherel, in Villa Bresel, sub dominio Gaufridi Tornemine; quam dicebant, dicti abhas et conventus, Petrum Bestaut eisdem elemosinam dedisse : unde super hoc coram nobis, auctoritate apostolica, lite solempniter contestata, mocionibus hinc et inde propositis, juris ordine in omnibus observato, dicti abbas et conventus per testes idoneos suficienter probaverunt dictum Petrum eisdem dedisse in elemosinam dictam terram in perpetuum pacifice possidendam. Preterea, dicti Guillelmus et ejus uxor, spontanea volumptate, et de jure, dictam terram abjuraverunt, et quod ipsi nec eorum heredes, nec aliquis per ipsos in dicta terra aliquid non reclamabunt; etc. Datum die sabbati, ante dominicam qua cantatur *Invocavit me*, anno Domini M° CC° XXX° IX°. (*Cab. Cornillet.*)

CXXVIII.

Confirmation de fiefs en Pléhérel et en Plévenon.

1240 Philippus, Dei gracia Briocensis episcopus, universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Guillelmus de Ivias, miles, in nostra presencia constitutus, concessit Deo et abbacie Sancti Albini, ord. Cist., donacionem et elemosinam quam Petrus Bestaut, defunctus, fecerat eidem abbacie in Villa Bressel, sita in parrochia de Pleherel, salvo jure suo, iterum concessit coram nobis dicte abbacie donacionem illam quam Oren, relicta Tison, condonata ejusdem abbacie, fecerat eidem abbacie de feodo suo sito in parrochia de Plovenon quod a dicto Guillelmo tenebat, salvis redditibus suis recognitis eidem Guillelmo, et salvo jure suo consueto eidem Guillelmo, excepta tallia ; etc. Actum die martis post festum beati Mathie apostoli, anno gracie M° CC° quadragesimo. (*Cart. 104. — Cab. Cornillet.*)

CXXIX.

Droit de pêche à St-Denoual.

1241 Cum contencio esset coram nobis, apud Sanctum Briocum, inter abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., ex una parte, et

Gaufridum Loissierre ex altera, super hoc : quod idem Gaufridus verbaverat, ut dicebat, Petrum hominem dictorum abbatis et conventus, et ei abstulerat per vim pavellum (1) in stagno dictorum monachorum, quod stagnum est juxta Sanctum Doncalum apud Sanctum Maclovium. Tandem inter ipsos pacificatum fuit coram nobis super hiis in hunc modum : quod dictus Gaufridus de cetero non impediet nec molestabit aliquem hominem dictorum abbatis et conventus de hinc quin capiat et colligat pacifice pavellum in dicto stagno ; et omnia alia in eo faciat prout idem abbas et conventus et sui homines facere consueverunt, nisi istud accidat quod dominus de Sancto Doncalo per vim ducat dictum Gaufridum cum ipsis ad illam molestacionem faciendam ; et hoc affidant coram nobis dictus Gaufridus sic fideliter observare ; et super expensis factis in lite coram nobis concesserunt dicte partes se tenere dictum Gregorii Danebaret, clerici, et Jacobi de Rondier qui debent apud Henanbihan super hec dicere dictum suum in festo beati Bartholomei proxime venturo. Datum, de assensu parcium, anno Domini M° CC° XL° primo, die lune proxima ante Assumpcionem beate Marie apud Sanctum Briocum ; et vos presbiter de Sancto Doncalo citate coram nobis apud Sanctum Briocum, ad diem lune post octabas dicte Assumpcionis, Salomonem de Valle dictis abbati et conventui, responsurum super ejus fide et super eorum querela quod jus erit, et non certificetur. (*Cart. 151.*)

CXXX.

Accord avec S. Duval au sujet de la précédente contestation.

Cum dies sabbati post festum beate Marie Magdalene esset assignata 1241
coram nobis, apud Sanctum Briocum, abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., ad habendum expensas quas fecerant contra Salomonem Duval de quadam causa in qua succubuerat idem Salomon contra dictos religiosos ; coram nobis compositum fuit inter ipsos in hunc modum : ita quod dictus Salomon dedit et concessit eisdem religiosis illam donacionem quam petebant ab eodem S. ; et dicti religiosi concesserunt dictum Salomonem et ejus uxorem participacionem habere in omnibus bonis et oracionibus que de cetero fient in sua abbacia ; quittaverunt ei dictas expensas ; et affidavit dictus Salomon quod supradicta uxori sue concedere faciet ; concessit autem idem Salomon, pro se et pro uxore sua, eisdem religiosis, illam donacionem quam uxor Roberti Annal et idem Robertus eis dederat et concesserat in puram elemosinam, et dicta facere idem Salomon quod uxor sua concedat

(1) *Pavellum* se dit d'un petit filet et indique manifestement ici un droit de pêche.

supradicta, die dominica post festum beate Marie Magdelene apud ecclesiam de Sancto Donoalo. Datum die sabbati post dominicum festum, anno Domini M° CC° XL° primo. (*Cart. 71.*)

CXXXI.

Fondation d'une chapellenie par Guillaume de St-Denoual.

1241 Universis presentes litteras inspecturis dominus Willelmus de Sancto Donoalo, miles, salutem in Domino. Noverint omnes quod ego dedi et concessi, cum assensu et voluntate Amicie uxoris mee, et cum assensu Rollandi filii nostri primogeniti, abbacie de Sancto Albino quinque minas frumenti, annuo redditu, pro una capellania quam ibi facio pro salute anime mee et antecessorum meorum; et unam justam frumenti pro elemosina matris mee, percipiendas in horreo nostro annuatim in nundynas Dinanni, donec assignaverim predicte abbacie predictas quinque minas et predictam justam frumenti in loco competenti. Datum anno Domini M° CC° quadragesimo primo, die beati Barnabe. (*Cab. Cornillet. — Cart. 70. — En note il y a : « De decima de Villa-Gestin ».*)

CXXXII.

Donation en Pléboulle par Geoffroi de Trémerreuc.

1241 Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Gaufridus, dominus de Tresmesroc, miles, salutem in Domino. Noverint universi, tam presentes quam futuri, quod ego dedi et concessi in puram elemosinam abbacie Sancti Albini, Cist. ord., et monachis in dicta abbacia Deo servientibus, omne jus quod habebam in uno campo quem Guillelmus Legos dederat in elemosinam patris sui abbacie et monachis supradictis. Qui campus est situs in terra que vocatur feodum Bodart in parrochia de Plubole; ita quod dicti monachi possunt habere unum hominem qui non sit de dominio meo in dicto campo sub se stantem, quitum ab omni exaccione et servicio a me et heredibus meis in perpetuum et tenere; preterea ego concessi dictis monachis quod ille homo, in dicto campo stans successive et manens sicut et alii mei homines in mea terra habeat communionem (1); et pro salute anime mee et antecessorum meorum istam libertatem feci monachis supradictis; etc. Actum anno M° CC° XL° primo, mense octobris. (*Cart. 96.*)

(1) Cette communauté d'avantages, faits aux hommes d'un même fief et auxquels on admet un étranger, montre déjà que l'élément féodal entre pour plus que bien des gens ne le pensent dans la formation de la commune bretonne. Nous nous expliquerons complétement plus tard sur ce point important de notre histoire.

CXXXIII.

Lettre de Dreux de Mello au sire d'Avaugour.

Droco de Melloto, Locharam et Meduane dominus (1), karissimo fratri suo domino Henrico de Avalgor, salutem et dilectionem : cum nobis constiterit, prout vidimus in litteris bone memorie domine Gervasie, quondam domine Dinanni, quod ipsa dedit abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., duodecim libras Turonenses annui redditus capiendas in draperia nundinarum Dinanni ; et eciam, prout vidimus in vestris litteris contineri, donacionem illam ratam et firmam habetis, si nobis placuerit, nos donacionem illam ratam et firmam habemus. Unde vobis mandamus et vos rogamus quatinus donacionem illam dicto abbati et conventui pacifice ac quiete dimittatis et haberi faciatis ; et quia, prout dicunt, donacionem illam non habuerunt de duobus annis preteritis, eisdem haberi facietis, quia nobis videtur quod de jure non possumus contraire. Valete. Datum anno Domini M° CC° XL° primo (*Cart. 97. — Vidimus de Philippe, évêque de St-Brieuc.*) 1241

CXXXIV.

Lettre de Dreux de Mello à l'évêque de Vannes sur le même sujet.

Reverendo patri in Christo ac domino episcopo, et archidiacono, et decano Vannetensi, Droco de Melloto, Locharum et Meduane dominus, salutem et dilectionem in Domino. Noveritis quod excepcionem illam quam dominus Henricus de Avalgor proponit coram vobis contra abbatem et conventum de Sancto Albino, scilicet quod donacionem illam quam domina Gervassia, quondam domina Dynanni, dedit eisdem, scilicet duodecim libras Turonenses in draperia nundinarum Dynanni, ratam et firmam non habeo ; illam autem donacionem ratam et firmam habeo. Unde vobis notifico quod nolo quod illa excepcio ei valeat, nec eciam alia mihi pertinens exceptio dictis monachis valeat tribuere detrimentum. Valete. Datum anno M° CC° XL° primo. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1241

CXXXV.

Rente sur une tenure aux faubourgs de Dinan.

Universis Christi fidelibus presentem cartulam inspecturis vel audituris, P., Macloviensis archidiaconus, salutem in Domino. Noverint 1242

(1) Dreux de Mello avait épousé Isabelle de Mayenne, fille de Juhel et de Gervaise de Dinan, et était par conséquent beau-frère de Henri d'Avaugour, dont la femme était Marguerite de Mayenne.

universi quod Willelmus de Blohen, et Johanna filiorum et filiarum suarum uxor ejus, in presencia nostra constituti, cum assensu et bona voluntate suorum, contulerunt in puram et perpetuam elemosinam abbacie Sancti Albini, Cist. ord., et monachis ibidem Deo servientibus, XIIII solidos annui redditus super quadam teneura sita in Roheria Dinanni, in parrochia Sancti Salvatoris de Dinan, dicte abbacie et conventui quite et pacifice in perpetuum possidendas; quam teneuram Galterus Ledos tenebat a Willelmo et Johanna superius prevocatis; nos vero, ad peticionem dictorum monachorum et assensum dictorum Willelmi et ejus uxoris, istas litteras sigilli nostri munimine dedimus roboratas in hujus rei testimonium et munimen, valete. Actum anno Domini M° CC° XL° secundo, mense aprili. *(Cart. 94.)*

CXXXVI.

Donation de Etienne Gontier, de St-Sulliac.

1242 Universis presentes litteras inspecturis vel audituris, Petrus, archidiaconus Macloviensis, salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presencia constituti Stephanus Gonter de Villa Monialium, et Teophania uxor ejus, dederunt et concesserunt in puram et perpetuam elemosinam, pacifice possidendum et habendum, abbacie Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., quemdam campum terre situm juxta La Marele, in parrochia Sancti Sulini. Quem videlicet campum predicti Gonterius et uxor ejus habuerant in escambium alterius campi sui ab Hernaudo de Bosco Hamonis et ab uxore ejusdem Hernaudi, de cujus hereditate predictus campus de juxta La Marele movebat ut dicitur. Insuper dictus Gonterius et Theophania uxor ejus sua quicquid juris habebant vel habere poterant in predicto campo, sine reclamacione aliqua, predicte abbacie contulerunt et concesserunt; preterea predictus Gonterius et Theophania uxor ejus concesserunt predicte abbacie predictum campum garantizare super mobilibus et immobilibus contra omnes, preterea filii Bertholomei de Porcon militis, videlicet Guigo primogenitus et Guillelmus Bieulevat et Rollandus concesserunt predicte abbacie.............. *(Cartul. 115.)*

CXXXVII.

Donation de Pierre, fils de Eudes Le Vieil.

1242 Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Guillelmus, archidiaconus Pentheurie, salutem in Domino. Noveritis quod Petrus filius Eudonis, dicti Senis, in nostra presencia constitutus, dedit et concessit abbati et conventui Beate Marie Sancti Albini, Cist. ord., medietatem campi de Canranquen, situm juxta campum conten-

cionis (1), in perpetua elemosina ; et eandem medietatem debet eisdem abbati et conventui garantizare contra omnes, et eis posuit libertatem suam de Sancto Suliano in custodem dictis illis equale escambium ad vilorem illius medietatis fecerit; et dicti abbas et conventus tradiderunt dicto Petro campum suum de Villa Rambert; et debent eidem Petro similiter garantizare contra omnes pro illa medietate illius campi ; etc. Datum anno Domini Mº ccº XLº secundo. (*Cart. 157.*)

CXXXVIII.

Donation de Alain du Chastelier, pour le vin de la messe.

Universis presentes litteras inspecturis , Alanus de Castellario , miles , salutem in Domino. Noverint omnes tam presentes quam futuri quod ego Alanus de Castellario, dedi et concessi, abbacie Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., pro salute anime mee et antecessorum meorum, et monachis Deo ibidem servientibus, ad vinum missarum, illam terram quam possidebam in feodo de Villa Madouc, racione Ruelloni fratris mei militis, jam defuncti ; quam terram dictus Ruellonus habuerat a Gonterio in puram et perpetuam elemosinam possidendam ; etc. Ita tamen quod predicti monachi in predicta terra aliquem hominem non poterunt sine assensu meo et voluntate mea vel heredum meorum retinere; etc. Actum anno Domini Mº ccº quadragesimo secundo. (*Cart. 123. — Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1242

CXXXIX.

Henri d'Avaugour reconnaît l'aumône faite par Gervaise de Dinan sur la draperie de cette ville.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis , nobilis vir Henricus de Avaugor, miles, salutem in Domino. Cum inter nos ex una parte, et religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc. ex altera, questio diucius fuisset ventilata coram decanum Abrincensem, auctoritate domini pape legati, super duodecim libras annui redditus a nobili matrona Gervasia, condam domina Dinanni, dictis abbati et conventui in elemosinam collatis in draperia Dinanni, singulis annis recipiendis, prout in carta ejusdem domine plenius continebatur; tandem inter nos, ex una parte, et dictos abbatem et conventum ex altera , fuit compositum in hunc modum : quod nos donacionem dictarum duodecim librarum, secundum quod in carta dicte domine continetur, gratam et firmam habemus quantum ad nos pertinet; ita quod per nos nec non et per nostros 1242

(1) C'est le champ-clos des duels judiciaires ou des tournois ; d'après un aveu de Penthièvre, celui-ci paraît situé en Maroué.

predicti abbas et conventus super elemosinam de cetero vexabuntur. Tenemur insuper reddere dictis abbati et conventui infra Purificacionem beate Marie Virginis decem *libras Turonenses*, pro expensis suis in lite factis, et arreragis. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari. Datum die jovis proxima post Epiphanen Domini, anno Domini M° CC° XL° secundo mense januarii. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 127.*)

CXL.

Donation de Geoffroy Blanguernun, en Pléhérel et en Plurien.

1243 Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Philippus, Dei gracia Briocensis episcopus, salutem in Domino. Noverint universi quod Gaufridus Blanguernun, clericus, in nostra presencia constitutus, dedit et concessit Deo et beate Marie de Sancto Albino, Cist. ord., Brioc. dioc., pro salute anime sue et antecessorum suorum, totam terram suam sitam in parrochia de Pleherel, videlicet in quarterie Peisini et in Villa Bresel; et quicquid juris habebat vel habere poterat in parrochia de Plurien, in puram elemosinam in perpetuum pacifice possidendum; etc. Datum anno Domini M° CC° XL° tercio. (*Cab. Cornillet. — Cart. 119.*)

CXLI.

1243 *St Barnabé, apôtre. — Philippe, évêque de St-Brieuc, confirme à l'abbaye les biens aumônés, en 1241, par Guillaume de St-Denoual, pour la fondation de sa chapellenie. Voir N° CXXXI.* (*Cab. Cornillet. — Cart. 170.*)

CXLII.

1243 *Samedi après la Nativité de St Jean-Baptiste. — Procuration, donnée par Christophe, abbé de St-Walery-sur-Mer, à Mre Guillaume Le Effant, clerc, pour représenter l'abbaye dans toutes les affaires du prieuré de St-Walery, près Matignon* (1). — *Christophe donnait une nouvelle procuration, dans les mêmes termes et au même personnage, en 1245, pendant les octaves de Ste-Marie-Madeleine.* (*Cab. Cornillet.*)

CXLIII.

Donation de Alain de La Roche ou de Roche.

1243 Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Philippus, Dei gratia Briocensis episcopus, salutem in Domino. Noverint universi quod Alanus de Rupe, clericus, filius Eudonis Veteris, in nostra

(1) Le sceau porte un abbé, debout, de face, tenant un livre et la crosse : sur le contre-sceau, le même abbé, agenouillé, est béni par une main céleste. La légende est : *Miserere mei Deus.*

presencia constitutus, dedit et concessit Deo et beate Marie Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., abbacie et monachis ibidem Deo servientibus quandam hugiam quam habebat in grangia Sancti Suliani, in domo lapidea, cum omni libertate ipsius hugie, et quicquid juris habebat vel habere poterat in aithalagio (1) in dicta grangia pro salute sua et antecessorum suorum in puram elemosinam in perpetuum pacifice possidendum; etc. Datum mense februarii, anno Domini M° CC° XL° tercio. (*Cart. 157.*)

CXLIV.

Don d'un emplacement près de la porte Moguel, à Lamballe.

Universis Christi fidelibus presentes licteras inspecturis, Philippus, Dei gracia Briocensis episcopus, salutem in Domino. Noverint universi presentes licteras inspecturi quod Eudo Corin presbiter et Ruellanus Corin ejus frater, in nostra presencia constituti, dederunt et concesserunt pro salute sua et antecessorum suorum Deo et beate Marie Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., et monachis ibidem Deo servientibus, quandam plateam sitam in Lambalia extra muros ante portam Guillelmi Moguel, juxta plateam Stephani Rediou, in feodo de Lescoit; et quicquid juris habebant vel habere poterant in dicta platea in puram et perpetuam elemosinam pacifice possidendum; etc. Datum anno Domini M° CC° XL° tercio mense marcii. (*Cartul. 216.*) 1243

CXLV.

Fouage extraordinaire pour l'expulsion des Juifs.

Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, Petrus de Charurent, miles, allocatus domini Hugonis Lebruum, militis, in Britannia, salutem in Domino. Noverint universi quod abbas et conventus Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., fouagium hominum suorum Briocensis diocesis nobis persolverunt; non dictum fouagium a dictis abbate et conventu per consuetudinem habuimus, nec illud de cetero de consuetudine requiremus. Sed dictum fouagium habuimus ab ipsis pro Judeis a terra Pentheurie removendis. Et tenemur dictis abbati et conventui tradere cartulam domini Hugonis Lebruum super premissis; etc. Datum die jovis proxima ante Pentecosthen, anno Domini M° CC° quadragesimo tercio, mense maii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1243

(1) Le mot *aithalagium* ne se trouve pas dans les anciens glossaires : il nous semble ne pas différer de l'*estalagium* ou droit sur les étaux : il en résulte que l'on doit penser que les moines avaient droit de marché devant la grange St-Sulien.

CXLVI.

Donation d'Agathe, fille de Geoffroi Le Gras.

1244 Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audituris, Philippus, Dei gracia Briocensis episcopus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Agatha filia Gaufridi Le Gras, in nostra presencia constituta, dedit et concessit Deo et beate Marie de Sancto Albino et monachis ibidem Deo servientibus, omne jus quod habebat et habere poterat in parochiis de Sancto Denoallo et de Henant Bihen, ex parte patris sui sibi proveniens, tam in terris quam in rebus aliis, in puram elemosinam perpetuo pacifice possidendum; preterea gratavit, voluit, et concessit bona fide omnem donacionem quam pater suus, et Oliverius frater ejus, dederant, dictis religiosis prout in nostra cartula continetur; etc. Datum anno Domini Mº CCº XLº quarto. (*Cart. 108. — Orig. au cab. Cornillet.*)

CXLVII.

1244 *Mai. — Guillaume de* Sancto Dongualo, *chevalier, et Rolland, son fils aîné, chevalier. confirment, sans entrer dans les détails contenus au Nº suivant, la donation faite à l'abbaye par Geoffroi* Le Gras, *et Olivier, fils aîné de celui-ci.* (*Cart. 106.*)

CXLVIII.

1244 *Mai. — Guillaume de* Sancto Dongualo, *chevalier, fait savoir que Geoffroi Le Gras et Olivier, son fils aîné, ont donné à l'abbaye toute leur terre, sise en* Sanctum Dongualum *et* Henant Bihen, *et tous les droits qu'ils pouvaient avoir à* Guidomaria. *Le seigneur se réserve seulement un cens annuel de 2 sous, monnaie : l'abbaye sera déchargée de cette redevance si elle établit dans cette terre des vassaux y habitant*, homines ad mansiones, *parce qu'alors ils seront soumis envers le seigneur aux mêmes obligations que les vassaux de* Pascharia. (*Cart. 106. — A la page suivante se trouve l'acte de donation passé à la même date devant Philippe, évêque de St-Brieuc.*)

CXLIX.

Augmentation de la chapellenie de St-Denoual.

1244 Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus de Sancto Donoalo, miles, salutem in Domino. Noverint universi quod ego dedi et concessi, cum assensu et voluntate Amicie uxoris mee et Rolandi filii mei primogeniti, militis, et Margarite uxoris ejus, totam decimam meam de Luparia et de Villa Gestin Deo et beate Marie Sancti Albini, Cist. ord., et monachis ibidem Deo servientibus, pro capellania una quam ego constitui in loco supradicto pro salute mea et antecessorum meorum in puram elemosinam in perpetuum pacifice possidendam,

donec assignavimus dictis monachis quinque minas et unam justam frumenti (1) annuatim in perpetuum percipiendas in loco competenti ac victum et vestitum unius monachi in dicta cappellania celebrantis : et ut hoc ratum et stabile permaneat in futurum, venerabilis pater Briocensis episcopus et ego Guillelmus de Sancto Donoalo, miles, predictis monachis presentes litteras sigillis nostris dedimus sigillatas in hujus rei testimonium et munimen. Datum anno Domini м° cc° quadragesimo quarto, mense maii. (*Cart. 71.*)

CL.

Vente d'un hébergement et d'une vigne par-devant le commandeur des Hospitaliers.

Universis presentes litteras inspecturis frater Petrus de Villa Dei, 1244
Sancte domus hospitalis Jerosolimitani in Romano Bretannie (2) tunc temporis preceptor humilis, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Radulphus la Perche, vendidit cum consensu et bona voluntate et spontanea Johanne uxoris sue, et heredum suorum, abbati et conventui Sancti Albini, Cyst. ord., Brioc. dioc., herbergamentum suum situm in hospitali de Portu de Establehon, cum vinea sibi juncta, pro quadraginta libris currentis monete jam sibi solutis; bannis factis, vendicionibus solutis et omnibus aliis que ad vendicionem pertinent rite et legitime actis; promisit eciam dictus Radulphus coram nobis, per juramentum suum, quod hujus modi vendicionem per se vel per alium non veniet in futurum. In cujus rei testimonium et munimen, ad peticionem dicti Radulphi et suorum, presentes litteras salvo jure domus hospitalis sigillo nostro duximus roborandas. Datum mense januario, anno Domini м° cc° quadragesimo quarto. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 114. — On lit 1254 sur la charte des archives.*)

CLI.

Pierre de Quercu, *clerc, résigne entre les mains de Guillaume Leeffant,* 1245
prieur de St-Walery, *près Matignon, tout ce qu'il avait de droits et de prétentions sur ledit prieuré. — Scellé par Robert* de Medreignac, *seigneur supérieur, qui porte les armes de Matignon : d'or à deux fasces nouées, accompagnées de huit merlettes, 3, 2, 2 et 1. (Cab. Cornillet.)*

(1) Ne pouvant entrer ici dans les détails, nous renvoyons au tableau que nous donnerons des mesures usitées en ce pays au moyen-âge, et nous nous bornerons à indiquer que, dans cette partie du Penthièvre, la mine était de 8 boisseaux et la juste de 2.

(2) Nous pensons que le *Romanum Britannie* indiquait l'ensemble des biens des Hospitaliers situés dans la partie de la province où on parlait roman et latin, par opposition à la Bretagne bretonnante.

CLII.

Le sire de Matignon renonce à ses droits sur le prieuré de St-Galery.

1245 Universis Christi fidelibus presentes licteras inspecturis Robertus dominus de Medreignac et de Matignon, miles, et Dyonisia ejus uxor, salutem in Domino. Noverint universi quod cum nos spoliassemus abbatem et conventum Sancti Wallerici supra mare, Ambianensis dyocesis, et eorum monachos, suo prioratu Sancti Wallerici sito juxta Matignon, Brioc. dioc., cum omnibus ejusdem prioratus pertinenciis, eo quod nos dicebamus jus patronatus dicti prioratus ad nos pertinere; et nobis evidenter constaret dictum prioratum a dominis de Matignon, antecessoribus nostris, fundatum nomine Sancti Wallerici et sine aliquo retento donatum fuisse predictis abbati et conventui, et sue abbacie, et ibidem Deo servientibus, in puram et liberam et perpetuam elemosinam cum omnibus ejusdem prioratus pertinenciis usque ad tempus nostrum ab ipso prioratu et ab ibidem Deo servientibus habitis et possessis; nos, pro redempcione animarum mearum, et antecessorum, et heredum nostrorum, dictam donacionem ab antecessoribus nostris factam, prout superius est expressum, gratam et ratam habentes pro nobis et heredibus nostris, et eciam renunciantes predicto juri quod dicebamus nos habere in dicto prioratu, ipsum prioratum cum omnibus pertinenciis usque ad tempus nostrum ab ipso prioratu et ab ibidem Deo servientibus habitis et possessis magistro Guillelmo Leeffant, procuratori dictorum abbatis et conventus et eorumdem successorum restituimus, habendum et possidendum in perpetuum libere et quiete. Et ut omnia supradicta rata et stabilia permaneant in perpetuum predictis abbati et conventui et corum successoribus dedimus presentes licteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Ego vero Alanus Goyon, miles, cum assensu Stephani Goyon filii mei, omnia supradicta grata et rata hiis pro me et pro heredibus meis presentes licteras sigilli mei munimine roboravi. Datum anno Domini M° CC° XL° quinto. (*Cart. 204. — Orig. aux arch. des Côtes-du-Nord et cab. Cornillet. — Le sceau de Robert représente les armes de Matignon* (1).)

CLIII.

Donation de Pierre de la Motte, en Erquy.

1245 Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audituris, Philippus Dei gracia Briocensis episcopus, salutem in Domino. Nove-

(1) Le second (celui de Denise) est brisé, et celui d'Alain Goyon porte un lion léopardé sur un écu triangulaire, avec la légende SIGILLVM. ALANI. MILITIS. — On lit au dos : « Littere Roberti de Mendrenac et Dyonisie et Alani Goyon senioris ».

ritis quod Petrus de Mota, in nostra presencia constitutus, cum assensu uxoris sue et liberorum suorum, dedit et concessit Deo et beate Marie Sancti Albini, Cyst. ord., et monachis ibidem Deo servientibus tres prebendarios frumenti ad mensuram Vigerii, et tres obolos annui redditus sitos in feodo Aloe, et sex denarios sitos in feodo de Sancto Kaeno in parrochia de Arqueio de tallia Juhellorum, et omne dominium suum super quodam herbergamento sito in parrochia de Arqueio ante portam virgulti a parte de Sancto Kaeno, et quicquid juris habebat vel habere poterat in dicto herbergamento, in puram elemosinam sine aliqua exaccione in perpetuum pacifice possidendum : preterea dictus Petrus approbavit, voluit et concessit quod dicti monachi tenerent omnes elemosinas et possessiones suas in feodo suo sitas sine contradiccione aliqua liberas et communes et in perpetuum et sine aliqua exaccione pacifice possiderent; etc. Anno Domini M° CC° quadragesimo quinto, mense decembris. (*Cart. 142.*)

CLIV.

Le recteur de Dollo engage ses dîmes rectoriales pour acquitter ses dettes envers l'abbaye.

Universis presentes licteras inspecturis Guillelmus, archidiaconus Pentheurie, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod 1246
Harcoidus, persona de Dolou, in nostra presencia constitutus, invadiavit abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., omnes decimas suas sitas in parrochia de Dolou messionis proximo venture, pro decem libris currentis monete, et decem solidos, quas eis debebat de bono et legitimo debito aquitantes racionabiliter, nisi predicte decime valerent predictas decem libras et decem solidos; Galterus Goherdre, miles, et Gildeberdus manuceperunt pro dicto Harcoido predictis religiosis perficere infra festum beati Michaelis numerum supradictum, et dictam pactionem firmiter observari; etc. Datum de consensu parcium, anno Domini M° CC° XL° sexto. (*Cart. 247. — En marge de cet acte, qui est biffé, on lit* nichil valet.)

CLV.

Accord pour une corvée.

Universis Christi fidelibus presentes licteras inspecturis Guillelmus 1246
archidiaconus Pentheurie, salutem in domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosum virum abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., ex una parte, et Luciam relictam Alani Bedou ex altera, coram officialem Briocensem, super portagio cujus-

dam frumenti (1) ; tandem dicta contencio fuit posita in respectu usque ad duos annos in hunc modum : quod quidam de suis debet deferre dictum frumentum usque ad rocham, et dicta Lucia debet permictere ad locatum suum videre et recipere dictum frumentum ; et nisi respectus duobus annis elapsis placuerit utrique parti, in eodem statu in quo sunt hodie poterunt placitare, ita tamen quod ista composicio nullum prejudicium generaret partibus supradictis. Datum de consensu parcium die jovis proxima ante conversionem Sancti Pauli, anno Domini M° CC° XL° sexto. *(Cart. 217.)*

CLVI.

Accord avec la veuve de Geoffroy Le Gras.

1246 Venerabili patri domino R. abbati de Sancto Albino frater P. dictus abbas de Boquian, salutem in Domino. Tenore presencium vobis significamus quod nos accepimus juramentum alacrice (*sic*) presencium Aanor relicte Crassi quod de omnibus illis super quibus inter vos et ipsam acta fuit contencio nichil de cetero reclamabit nec per se nec per alium faciet reclamari, ita dumtaxat quod vos eidem A. dabitis triginta solidi cursualis monete. Datum anno Domini M° CC° XL° VI° mense marcii, presentibus R. priore nostro et Domino Bertranno senescallo. (*Cart. 166.*)

CLVII.

Fin de l'excommunication de Guy de l'Argentaie, seigneur de Plancoët.

1246 Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Hugo Lebrun, filius comitis Marchie primogenitus, et dominus Lambalie (2), et Hyolendis uxor sua, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., diu est ex una parte, et Guidonem de Argenteio dominum de Plancoit ex altera, super decimis dictorum religiosorum de Henanbihan, quas decimas dictus Guido ceperat minus juste, et adhuc detinebat per violenciam, sicut predicti religiosi asserebant ; et super dampnis et expensis in lite factis coram episcopo Briocensi et aliis judicibus ; pro quibus, dictus Guido et homines sui erant excommunicati, et terra ejus interdicta : tandem post multas contenciones, compositum fuit inter ipsos, coram nobis, in hunc modum : ita quod dictus Guido, in legitima etate positus, dedit et concessit spuntanea voluntate, pro

(1) Ce transport de froment, qui semble ici une corvée, devint plus tard, pour toutes les denrées, la loi des vassaux de l'abbaye.

(2) Notons ici que le seigneur du Penthièvre ne prenait pas encore le titre de comte ; il était simplement seigneur de Lamballe.

salute anime sue et antecessorum suorum, predictis abbati et conventui in puram et perpetuam elemosinam pacifice possidendum Guillelmum Bordon burgensem de Plancoit hominem suum et heredes suos, cum omnibus pertinenciis suis ab omnibus exactionibus et serviciis liberos et immunes; et quicquid juris dictus Guido habebat vel habere poterat in predictis Guillelmo Bordon, et heredibus suis, et rerum eorumdem, predictis monachis contulit, et concessit; insuper omnes decimas et elemosinas et sesinas quas predicti monachi habebant in parrochia de Henant Bihan, et in aliis locis in feodo suo et dominio suo, per totam terram suam quam possidet, vel possessurus est, de dono antecessorum suorum et aliorum hominum suorum, concessit, voluit, et ratum habuit et confirmavit, nichil sibi vel heredibus suis in predictis retinens preter retribucionem sempiternam; et hec omnia juravit dictus Guido coram nobis, tactis Sanctis Evengeliis, se fideliter et inviolabiliter observare et tenere; et de hoc tenendo dictus Guido curiam nostram posuit in plegiam et custodiam : in hujus rei testimonium et munimen, ad petticionem parcium, licteras istas sigillis nostris roboravimus. Datum anno Domini M° CC° XL° sexto, die sabbati ante Trinitatem. (*Orig. au cab. Cornillet. — Cart. 228* (1).

CLVIII.

Jeudi après la Trinité, — Acte passé à St-Brieuc devant l'official, et 1246 *scellé par Guillaume, archidiacre de Penthièvre. N., chantre, et Mathieu, doyen, constatant l'accord qui précède. (Cart. 217.)*

CLIX.

Autre acte relatif au don d'un vassal par le sire de Plancoët.

Universis presentes licteras inspecturis vel audituris, Hugo Lebrun 1246
comes Engolesmie, et dominus Pentheurie, salutem in Domino. Noveritis quod Guillelmus Bordon de Plancoit, et omnes heredes sui, et omnia sua ubique sunt, sunt in nostra custodia et defensione et dominio nostro; ita tamen quod predictus Guillelmus et predicti heredes nobis obbedient sicut nobis obbediebant, et facere debebant tempore domini Guidonis de Argenteio, militis deffuncti, et Margarite ejus uxoris, et Guidonis de Argenteio filii eorumdem, per citacionem et advocacionem abbatis et conventus Sancti Albini, Cist. ord., cui abbati et conventui predicta Margarita et dictus Guido ejusdem filius elemosinaverat predictum Guillelmum et omnes heredes suos et omnia

(1) A la page 240, d'après une copie donnée le mercredi avant la Pentecôte 1280, par Pierre, évêque de St-Brieuc, on retrouve le même acte daté de la veille, donné par Olivier de Bocenit, chevalier, sénéchal de Hugues Le Brun, en Penthièvre.

sua alia cum pertinenciis suis, totum pro toto, sicut per licteras dicti domini vidimus contineri : et pro recognicione dicti Guidonis filii ejus qui coram nobis hoc juravit fideliter servaturum, salvo tamen jure nostro et sesina que in eis habebamus antequam elemosina ista facta esset, et in tempore illius Guidonis et antecessorum suorum : in cujus rei testimonium et munimen dicto Guillelmo et predictis heredibus licteras nostras dedimus in nostro sigillo sigillatas. Datum anno Domini M° CC° XL° sexto. (*Cart.* 220.)

CLX.

Emprunt par Guy de l'Argentaie.

1246 Universis Christi fidelibus ad quos presentes lictere pervenerint, Oliverius de Bocenit, miles, senescallus domini Hugonis le Brun, militis, in Pentheuria, salutem in Domino. Noveritis quod Guido de Argenteio, in nostro presencia constitutus, recognovit coram nobis quod ipse mutuo acceperat ab religiosis viris abbate et conventu Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., quadraginta libras currentis monete, quas predicti abbas et conventus persolverunt debitoribus dicti Guidonis : videlicet predicto Guidoni sexaginta solidos, Gaufrido Abbati burgensi Lambalie quindecim libras, Gaufrido Rimou duodecim libras, cuidam Gagocuo centum solidos, magistro Johanni Richardi quinquaginta solidos, et magistro Guillelmo Pinardi quinquaginta solidos. In cujus rei testimonium et munimen presentes licteras sigillo nostro, ad pecticionem parcium, sigillavimus. Datum die sabbati proxima ante festum beati Barnabe apostoli, apud Lambalum, anno Domini M° CC° XL° sexto. (*Cart. 219.*)

CLXI.

Ratification, par le pape Innocent IV, d'un accord entre l'abbaye et Geoffroi Tournemine.

1246 Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., salutem et apostolicam benedictionem. Ea que judicio vel concordia terminantur firma debent et illibata persistere..... ne incendente contemptionis scrupulum relabantur, apostolico convenit presidio communiri. Ex parte siquidem vestra fuit propositum, coram nobis, quod cum olim inter vos ex una parte, et Gaufridum Tornemine, militem, Briocensis diocesis, ex altera, coram venerabili fratre nostro Briocensi episcopo super quibusdam usuagiis et rebus aliis auctoritate ordinaria questio verteretur; tandem ipso episcopo mediante, amicabilis inter partes super hiis compositio intervenit, prout in eisdem episcopi licteris con-

fectis exinde dignoscitur plenius contineri ; quam apostolico petivistis humiliter munimine roborari. Nos igitur, vestris justis postulationibus inclinati, composicionem ipsam sicut rite ac sine pravitate provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni II Id. Juanii pontificatus nostri anno tercio. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CLXII.

Nouvel emprunt par Gui, sire de Plancoët.

Universis Christi fidelibus presentes licteras inspecturis et audituris 1247
officialis Briocensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Guido de Argenteio, dominus de Plancoit, in legitima etate existens, in nostra presencia constitutus, mutuo accepit ab abbate et conventu Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., quadraginta quinque libras cursualis monete quas tenetur eisdem reddere in pecunia numerata ad proximum festum Pentecostes proximo venturum anno gracie M° CC° XL° octavo ; concessit eciam coram nobis dictus Guido quod si aliquis pro eo predictam summam pecunie eisdem religiosis infra dictum terminum non reddiderit vel ad predictum...... ipse et ejus homines auctoritate nostra excommunicarentur, et quod tota terra sua supponeretur ecclesiastico interdicto. Actum apud Sanctum Briocum : datum, de consensu parcium, die jovis proxima post Trinitatem ; et ad majorem confirmacionem, dominus Guillelmus archidiaconus Pentheurie, decanus et magister scholaris briocensis, sigilla sua cum sigillo nostro, ad peticionem parcium, presentibus litteris apposuerunt, anno Domini M° CC° XL° septimo. (*Cart. 222.*)

CLXIII.

Guillaume Martel donne à Guillaume Chauvin un emplacement sis à Plédéliac, sous le fief de l'abbaye.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Guillelmus 1248
archidiaconus Pentheurie, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Guillelmus Martel, coram nobis constitutus, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam Guillelmo Chauvin, clerico, quamdam plateam cum orto, sitam in burco de Pludelia, in qua manebat Oreal, tenendam ab abbate et conventu Sancti Albini, Cist. ord., reddendo dictis abbati et conventui quatuor denarios

annuatim, sibi et heredibus suis in perpetuum possidendam et ad faciendum plenarie voluntatem ; ita tamen quod si aliquis lapsu temporis aliquid servicium a dicto clerico, vel ejus heredibus, pro dicta platea et orto vendicare voluerit, dictus Gaufridus vel ejus heredes tenentur ipsum et heredes suos deffendere, et super alio feodo suo dictam plateam et ortum de omnibus serviciis et exactionibus acquitare ; etc. Datum anno Domini м° cc° xxxx° octavo. (*Cart. 159.*)

CLXIV.

Donation de la dîme de la Guyonnarais, en St-Denoual.

1248 Universis Christi fidelibus presentes licteras inspecturis et audituris, officialis Briocensis gerens vices domini episcopi Briocensis profecti in partibus transmarinis (1), salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Gaufridus dictus Episcopus, filius Hamonis de Redierne, militis, in nostra presencia constitutus, dedit et concessit pro salute anime sue abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., in puram et perpetuam elemosinam totam decimam suam de Guinomaria, de feodo Guehenoci, sitam in parrochia de Sancto Donoalo, de cetero perpetue et pacifice possidendam, et quidquid in decimis in dictis locis habere poterit; etc. Datum anno Domini м° cc° quadragesimo octavo. (*Cart. 133.*)

CLXV.

Libéralités de Guillaume de St-Denoual à l'occasion du décès de son fils.

1248 Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus de Sancto Donoalo, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod dedi et concessi Rollando de Sancto Donoalo filio meo sexaginta libras monete currentis in ultima confessione ipsius, ad faciendas emendas ipsius et elemosinas, per manus virorum religiosorum et honestorum abbatis et prioris Sancti Albini, fide mea prestita corporali, persolvendas quam cicius potuero ipsas habuisse de terra quam ego eidem dederam, quum sponsam quam ante decessum ipsius habebat, duxit in uxorem. Sciatis eciam quod ego Guillelmus teneor assignare dicto abbati et conventui ipsius xxx solidos annui redditus, scilicet xv solidos ad annale dicti Rollandi, et alios xv solidos erogandos pauperibus ad portam dicte abbacie, per manum monachi qui tunc celebrabit missam

(1) C'est ici le lieu de rectifier une erreur du Cartulaire : il indique, en 1247, un évêque de St-Brieuc, du nom de Raoul, visitant l'église de St-Germain ; mais la charte originale, qui se trouve dans la collection Cornillet, porte 1257. Les actes de Beauport nous donneront deux chartes de l'évêque Philippe en 1247 ; enfin, nous le voyons ici parti pour la Terre-Sainte, mais occupant toujours le siége de St-Brieuc, en 1248. (Voir le T. I, p. 13.)

in cappella infirmatorii dicte abbacie dicti loci (1); quam cappellam ego Deo dante fundavi; et ego dimitto et quicto viris religiosis et honestis abbati et conventui de Boquian frumentum et denarios quos ipsi reddebant dicto Rollando de suo molendino; videlicet unum justum frumenti et quatuor denarios; dimitto siquidem et quito uxori dicti Rollandi manerium de Boquian quamdiu ipsa fuerit sine marito, in quo manerio ipse Rollandus manebat; et priorisse et conventui monialium de Moretonio ego teneor persolvere LX solidos ad unum annale; et omnia supradicta munimine sigilli mei confirmavi. Actum anno Domini M° CC° XL° octavo. *(Cart. 155.)*

CLXVI.

Jugement relatif aux dîmes de Lanjugon, en Dolo.

Universis Christi fidelibus presentes licteras inspecturis et audituris Petrus Biaufuyz, senescallus de Jugon, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., ex una parte, et Oliverium dictum Burrel, ex altera, super quibusdam decimis sitis in Lanjugon, in parrochia de Dolou, quas idem Oliverius petebat ab eisdem religiosis; dicens eas a suis fuisse dictis religiosis, titulo pignoris, obligatas; tandem, post multas contenciones, ordinatum fuit coram nobis inter ipsos, judicio curie comitis Britannie mediante, in hunc modum : quod predictus Oliverius abrenunciavit supradictis religiosis omni juri quod habebat, et habere poterat, in omnibus decimis de Lanjugon; etc. Datum anno M° CC° XL° nono. *(Cart. 246.)* 1249

CLXVII.

Accord relatif à la dîme de la Bégassière.

Universis Christi fidelibus presentes licteras inspecturis et audituris Petrus Biaufuys, senescallus de Jugon, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum contencio verteretur inter Orguen, relictam Galterii Lacae, et Jocium filium ejus ex una parte, et abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., ex altera, super quadam decima sita in Begaceria in parrochia de Dolou; tandem amicabilis composicio fuit facta, coram nobis, inter ipsos in hunc modum : quod predicti Orguen et Jocius ejus filius juraverunt coram nobis quod in dicta 1249

(1) Ce père faisant l'aumône par la main de son fils mourant, et continuant cette aumône à la porte de la maison de Dieu par la main du prêtre qui vient de célébrer les sacrés mystères pour les malades, n'y a-t-il pas dans cet acte un sentiment de délicate tendresse, qui contraste avec les mœurs rudes de cette époque ?

decima nichil de cetero reclamabunt ; etc. Datum anno Domini M° CC° quadragesimo nono. Mense julii. *(Cart. 245. — Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CLXVIII.

Le sire de Plancoët ratifie, à sa majorité, le don d'un vassal fait par sa mère.

1249 Omnibus Christi fidelibus presentes licteras inspecturis vel audituris, Guido de Argenteio, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter me ex una parte, et Guillelmum Bordon et ejus filios ex altera, super elemosinam quam mater mea et ego fecimus monachis Sancti Albini, Cist. ord., de Guillelmo Bordon et filiis ejus et eorum heredibus et possessionibus suis et sesinis, compositum fuit inter nos in hunc modum : quod ego, in legitima etate constitutus, concessi et spontanea voluntate confirmavi predictis monachis dictam elemosinam in perpetuum pacifice possidendam ; nichil in eis retinui nisi oraciones predictorum monacorum, et teneri dictum Guillelmum et heredes ejus a me et meis servare indemnes ; et de hoc tenendo misi curiam domini comitis Engolesmie in plegium et custodem. Hec omnia super sacrosancta juravi fideliter observare ; et, ut hoc ratum et stabile teneatur, presentes licteras in contrasigillum meum sigiliavi, quia magnum sigillum tunc temporis non habebam ; et concessi quod senescallus Lambalie licteras suas donet predictis monachis et Guillelmo et ejus filiis, secundum formam istarum licterarum, et quod ut continebatur in licteris domini comitis Engolesmie. Datum die veneris proxima post festum omnium Sanctorum, anno Domini M° CC° XL° nono (1). (*Cart. 219.)*

CLXIX.

Testament de Haissia, femme de Bertram Pagnon (2).

1249 *Volo et statuo quod Eudoni viatori tradantur sexaginta solidos qui pro me faciat perigrinacionem in circuitu Francie ad Trium Regum Collonie.* Elle demande à être enterrée à St-Aubin, à qui elle lègue 60 s. monn. et une rente annuelle de 3 boisseaux sur ses biens de *Sancti Casti*. — Mention de *Villa Vressel*, *Villa Robelin*, *Villa Cocher*, *Bosco Renaut*. Elle donne en outre : aux églises de St-Brieuc, 12 d. ; de Pléhérel, 2 s. ; de Plévenon, 12 d. ; de Plurien, 12 d. ; de Rochannai, 12 d. ; *Leprosis a Pleherel*, 6 d. ; *portibus de Guelidou*, *de Establehon*,

(1) Le vendredi après la St-Martin d'hiver, Hugues de Chinon, sénéchal de Penthièvre, constate la libéralité précédente « prout in carta domini Hugonis Le Brun comitis Angol. et Lamb. et Iolendis uxoris sue. » La résistance du vassal dont on fait des générosités est à constater. *(Vidimus de 1280, de Pierre, évêque de St-Brieuc. — Arch. des Côtes-du-Nord.)*

(2) Nous croyons devoir seulement noter les passages de cet acte qui ont quelque intérêt pour l'histoire locale.

de Jovence, *de Dinart*, à chacun 4. d.; *Septem Sanctis*, à chacun 4 d.; *Beate Marie de Rocha Modor*, 12 d.; *Fratribus minoribus de Dynanno*, 10 s.; *Fratribus Sancti Jacobi*, *id.* 10 s. Geoffroi Eveillart, prêtre de Pléhérel, est mentionné dans cet acte. (*Arch. des C.-d.-N.*)

CLXX.

L'official de S[t]-Brieuc réconcilie Guy de l'Argentaye et ses frères.

Universis Christi fidelibus presentes licteras inspecturis vel auditturis, officialis curie Briocensis, salutem in Domino. Cum Guido de Argenteio conqueretur in jure coram comitem Marchie, et in curia comitis Britannie, quod Gaufridus et Oliverius de Monteforti, fratres ejus, eidem Guidoni et hominibus suis dampna et injurias injuste intulerant; et in contrario dicti fratres assererent dictum Guidonem et suos, tam sibi quam hominibus suis, forefacta plurima intulisse, non temen in jure predicta proponentes; tandem, amicabili composicione inter eos interveniente, in hoc convenerunt, et concesserunt ultro citoque sibi ad invicem dampna, et injurias remisserunt; addentes in dicta composicione quod si quis contra dictos fratres vel suos super premissis controversiam moveret, propter quod, dicti fratres vel sui tenerentur satisfacere, idem Guido predictis fratribus et suis, tam adjutoribus quam consiliatoribus, promissit se satisfacturum plenarie et emendaturum : hanc pacem tenendam fideliter et bona fide observaturam utraque pars prestito juramento firmavit. Nos vero presentes licteras sigillo curie Briocensis roboravimus in hujus rei testimonium et munimen. Datum in crastino beati Guillelmi apud Sanctum Briocum, anno Domini M° CC° L°, mense julii. (*Cart. 223.*) 1250

CLXXI.

Guy de l'Argentaye donne un emplacement à Plancoët.

Universis presentes licteras inspecturis Hugo de Chinon, senescallus Penthevrie domini Hugonis Britannie comitis, Marchie et Angolismie, salutem in Domino. Noveritis quod Guido de Argenteio, armiger, dedit et concessit in puram elemosinam abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., dimidiam plateam sitam in villa de Plancoit, inter domum Guillelmi Mennii et domum Guillelmi Bordon, concessam a dicto abbate et conventu predictis; et a dicto Guidone dicto Guillelmo Bordon et ejus heredibus de cetero jure hereditario perpetuo possidendam et habendam et tenendam a predictis abbate et conventu, sicut elemosina; etc. Actum anno Domini M° CC°, quinquagesimo die lune in festo Martini estualis. (*Cart. 220.* — *L'original, aux archives des Côtes-du-Nord.* — Vidimus *de Pierre*, *évêque de S[t]-Brieuc*, *du mercredi avant la Pentecôte 1280.*) 1250

CLXXII.

Accord de famille par le prévôt de Maroué.

1251 Universis presentes litteras inspecturis, Gaufridus, prepositus de Maroio, miles, salutem in Domino. Noveritis quod Briencius Legoz, miles, dedit et concessit coram nobis Johanne nepti sue, filie Gaufridi Legoz de Susanna, quatuor jugera (1) terre, sita in feodo de Plancoit, et unum herbergamentum situm in feodo nostro de villa Belengier dicte Johanne et ejus heredibus de cetero jure hereditario possidenda et habenda, pro contencione quam moverat contra Rollandum filium dicti Briencii; et pro bono pacis tenendo dicta quatuor jugera terre et herbergamentum de dicto Briencio et ejus heredibus reddendo dicto Briencio duodecim denarios de herbergamento ad festum Sancte Crucis annuatim, et tenendo ab ipsis sicut homo de dominio, et reddendo porcionem suam de redditibus que debentur de dicto feodo de Plancoit; hec vero composicio concessa fuit a dicta Jobanna tempore quo etatem habebat de dicto Briencio et Gaufrido curoc (*sic*) et Rollando et a partibus jurata; etc. Actum anno Domini M° CC° L° primo, mense marcii. *(Orig. aux arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 40* (2).

CLXXIII.

Donation de Hamon de Merlin, en St-Rieul.

251 Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis et audituris, Guillelmus, archidiaconus Pentheurie, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Haeim de Merlin, miles, et Hamo ejus filius in nostra presencia constituti, dederunt et concesserunt pro salute animarum suarum abbacie Sancti Albini, Cist. ord., in puram et perpetuam elemosinam, herbergamentum Roaudi Garneir situm in burgo Sancti Rioci; et medietatem tocius feodi dicti Roaudi tam in landis quam pascuis, et terris aliis; et herbergamentum Stephani dicti Britonis, et Planconet, et Hamonis fratrum ejusdem Stephani; et novem jugera terre arabilis cum pascuis, landis eisdem jugeribus pertinentibus de feodo Homont patris dictorum Stephani et fratrum ejus; et omnem juridictionem et dominium, et quicquid habebant et habere poterant in predictis; que omnia supradicta dictus miles pacifice possidebat racione empcionis facte competenter; etc. Abbas vero dicte abbacie concessit pro se et conventu suo dictis militi Hamoni et ejus filio karitative ut in domo sua habeant sepulturam; etc. Actum

(1) Le *juger* ne différait pas de l'acre, suivant M. Delisle. Voir nos anciennes mesures.

(2) En marge, on lit: De Plurien. De quatuor jugeribus terre in feodo de Plancoit, et unum herbergamentum in villa Belengier de dono Johanne filie I. Gaufridi Legoz.

anno Domini M° CC° quinquagesimo primo, mense maii. (*Cart. 162.* — *Orig. au cab. Cornillet.*)

CLXXIV.

Coutume du passage et du poids de la seigneurie de Plancoët.

Universis presentes licteras inspecturis Hugo de Chinon, senescallus Pentheurie, salutem in Domino. Noveritis quod Alanus Bordon, canonicus Briocensis, et Robertus Bordon frater ejus affirmaverunt coram nobis, de Guidonio de Argenton, costumam suam et passagium et pondus, cum suis pertinenciis, tam in emendis quam in aliis rebus, pro debito matris sue nobis reddendo, quod nobis debebat : de qua firma idem Guido tenet se propagato ab hoc Natali Domini proxime venturo usque ad octo annos proximos post sequentem ; et, elapsis illis octo annis, dictus Guido dictam costumam et passagium et pontus (*sic*) liberos et quitos rehabebit ab eisdem ; preterea sciendum est quod dictus Guido recognovit coram nobis se debere predictis Alano et Roberto fratribus sexaginta libras monete currentis, quas receperat ab eisdem in pecunia numerata ; de quibus sexaginta libris idem Guido tenetur reddere predectis Alano et Roberto fratribus triginta libras ad nondinas Dinanni proxime venturas in anno Domini M° CC° L° secundo, et alias triginta libras ad alias Dinanni nondinas proximas post predictas nondinas subsequentes. Preterea concessit coram nobis dictus Guido predictis Alano et Roberto, et patri eorumdem, quod possunt chargiare vel dischargiare bladum suum vel suas res alias ubique voluerint super aqua de Arguenon, et ducere ubique voluerunt ; preterea sciendum est quod dictus Guido tenetur garantizare predictis Alano et Roberto fratribus dictam costumam et pondus de villa de Plancoyt et passagium ejusdem ville et passagium super aqua de Arguenon contra omnes usque ad terminum supradictum, et ipsos indempnes observare. Hanc vero pactionem juravit dictus Guido coram nobis, tactis sacrosanctis evengeliis, sicut predictum est, fideliter observare et tenere : concessit eciam dictus Guido quod si contra dictam pactionem venire presumpserit quod tamen caperemus nos, vel capi faceremus, de rebus suis vel hominum suorum, et Alano et Roberto tradi quod tenerent se propagatos, et dominum Gaufridum Tornemine, militem, possint erga dictos Alanum et Robertum in plegium et custodem et ipsos indempnes observare. Et in hujus rei testimonium et munimen presentes licteras, de consensu parcium, sigillo nostro sigillavimus, salvo tamen jure et sesina domine Hiolende comitisse Marchie et Engolesmie et domine Pentheurie. Ego vero Gaufridus Tornemine et ego Guido de Argenton, dominus de Plancoit, presentibus licteris, ad majorem hujus rei certitudinem, sigilla nostra apposuimus. Actum anno Domini M° CC° L° primo, mense augusti. (*Cart. 221.*) 1251

CLXXV.

Testament de Alain Goyon.

1251 In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Hoc est testamentum domini Alani Goion in ultima voluntate positi : ipse cepit ad debita sua persolvenda cccc libras; item ad satisfaciendum conquirentibus, et ad elemosinas suas erogandas, cccc libras; et ad hec omnia exequenda et ad disposicionem exequutorum suorum cepit totam terram suam de Pagaleto, et de Goloia, et de Languennen, excepto dotalicio uxoris sue; et ad hoc exequendum constituit, venerabilem patrem suum episcopum Briocensem, religiosum virum abbatem Sancti Albini, vicecomitem Dinanni, dominum Lucam de Ronceria, uxorem suam, Johannem Legros clericum, Petrum de Medregniac; preterea supplicavit humiliter amico suo domino Rollando de Dinanno quod predictis execucionibus cum domino Roberto de Medregniac velit fideliter consulere et adjuvare, et presentibus sigillum suum apponere. Insuper dominus Robertus de Merdreigniac concessit quod predictis exequutoribus ad hoc exequendum fideliter adjuvabit et sigillum suum presentibus apponet. Preterea voluit et concessit dictus Alanus quod si alicui super terris vel redditibus injuriaverit, ad consilium supradictorum emendetur; insuper karitative supplicat supradictis executoribus quatinus hec omnia supradicta integre affetuosse et fideliter exequantur; et hec omnia sigillo suo roboravit proprio, et predictos exequutores qui sigilla habent propria humiliter deprecatur quatinus sigilla sua presentibus apponant in hujus rei testimonium et munimen. Actum mense augusti, anno Domini M° CC° quinquagesimo primo. (*Cart. 47.*)

CLXXVI.

Colin du Plessis, chevalier, emprunte un cheval à l'abbaye.

1251 Universis presentes litteras inspecturis Colinus de Plesseiaco, miles, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego teneor bona fide reddere abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., quemdam equum quem mihi benigniter mutuaverunt (1) infra Pascha proxima ventura, vel sex libras currentis monete, ad eorumdem religiosorum voluntatem; etc. Datum die jovis proximo post Epiphainiam Domini, anno Domini M° CC° L° primo. (*Cart. 222.*)

CLXXVII.

Donation faite par Jean de Launay et son fils.

1252 Andreas, miseracione divina Briocensis episcopus, universis presentes

(1) Les moines de St-Aubin ne se bornaient pas à la culture du sol; comme conséquence de toute culture intelligente, ils se livraient aussi à l'élève du bétail, et particulièrement du cheval. Nous en verrons plusieurs autres preuves.

litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presencia constituti, Johannes de Alneto et filius suus primogenitus Johannes de Alneto, dederunt in perpetuam elemosinam abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., nostri diocesis, unum campum terre arabilem qui vocatur campus Marou, et campum alterum adjacentem, et unam peciam prati juxta pratum Peniti; que omnia sita sunt inter viam que ducit à Laguichamaree, et inter prata Gaufridi Legras jam defuncti ante domum filii Herberti ; etc. Datum anno Domini M° CC° L° secundo. Mense...... (*Cart. 72.* — *En marge on lit : De terra justa prata Augras.*)

CLXXVIII.

Accord avec Guillaume de Launay au sujet d'un moulin à eau.

Omnibus presentes litteras inspecturis Guillelmus, archidiaconus Pentheurie, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constituti, Guillelmus de Alneto et Thomas filius suus primogenitus, quittaverunt et dederunt in puram et perpetuam elemosinam abbati et conventui Sancti Albini, Cyst, ord., omne jus, omne dominium seu domigerium (1) vel si quid aliud juris vel consuetudinis in molendino ipsorum monachorum achatico (2) de Seint-Kaenou reclamabant et poterant reclamare in posterum quoquomodo ; volentes insuper quod dicti abbas et conventus possint reparare ac reficere cursum aque hinc et inde, sicut consueverunt hactenus et prout molendino suo predicto, non obstante contradiccione sua vel heredum suorum, noverint expedire ; etc. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo II°. Mense marcio. (*Cart. 146.*) 1252

CLXXIX.

Mardi après la Nativité de St-Jean-Baptiste.— Lettre de Pierre, archevêque de Tours, à André. évêque de St-Brieuc, pour l'inviter à forcer le recteur de Dollo d'exécuter l'ordonnance de l'évêque au sujet de la dîme de Lanjugon. (Cart. 228.) 1253

CLXXX.

Jugement de l'abbé de Boquen et de Geoffroi Fessart, bourgeois de Lamballe, au sujet des dîmes de Lanjugon.

Universis presentes licteras inspecturis Frater P. abbas de Boquian et Gaufridus Fessart (3), de Lambalie, salutem in Domino. Noveritis 1253

(1) *Domigerium* était le droit que le seigneur avait sur les biens qu'il pouvait confisquer.

(2) Pour *aquatico*, moulin à eau.

(3) Dans les Preuves de D. Morice, II, 63, on voit la mention d'un acte d'afféagement de Geoffroi Fessart, seigneur de Mouesigné, à cause de Lucie, sa femme, en 1294. Au reste, nous verrons des hommes de race incontestablement noble s'honorer du titre de *bourgeois de Lamballe.* Puisqu'il y avait des bourgeois, il y avait une commune : nous expliquerons plus tard ce que furent ces communes en Bretagne, dans des cités féodales, au XIIIe siècle.

quod cum inter viros religiosos abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., ex una parte, et Stephanum rectorem ecclesie de Dulciloco, ex altera, contencio verteretur super hoc quod idem Stephanus petebat ab ipsis religiosis sex justas bladi in decima eorumdem de Lanjugon, de quibus predecessor suus in possesione fuerat, ut dicebat; dictis religiosis contradicentibus, instrumenta et raciones justas allegantibus ex adverso. Tandem super dicta contencione compromissum fuit in nos a dictis partibus in hunc modum, quod utroque pars juravit coram nobis super sacrosancta Dei ewangelia se tenere quicquid a nobis super hoc foret pace vel judicio diffinitum. Nos igitur, auditis utriusque partis racionibus super predicta contencione, dictum nostrum arbitrando et diffiniendo fecimus in hunc modum : quod dictus Stephanus renunciaret omni jure quod, preter tres minas bladi tantum, in dictis decimis de Lanjugon, nomine ecclesie sue, habebat vel habere poterat racione terciagii vel alio quovis modo; et super hoc arbitrando perpetuum eidem rectori silencium duximus imponendum. In ejus rei testimonium presentes licteras sigillis nostris una cum sigillo dicti presbiteri fecimus roborari. Actum anno Domini Mo CCo Lo tercio, mense julio. (*Arch. des Côtes-du-Nord.— Cart. 238.*)

CLXXXI.

Rolland de Retalles (1) achète une dîme.

1253 Universis presentes litteras inspecturis et audituris, Aanor, uxor Gaufridi de Houseia, militis, salutem in Domino. Noveritis quod Rollandus de Retalles emit coram me a Thoma filio Jacobi, clerici, et Dyonisio ejus fratre et Olive sororis sue, omnem decimam quam habebant et possidebant in sesina sua in feodo Aglaces, et in feodo eciam Orbenais, scilicet reddendo dominis jura sua usque ad quinque annos; quinque vero annis elapsis, dictus Rollandus debet dictam decimam dictis Thome et Dyonisio et Olive sine contradiccione reddere liberam et immunem (2); etc. Et quum sigillum non habebam proprium, in sigillo Gaufridi de Hilion, harmigeri, de consensu parcium, presentes licteras feci sigillari. Datum die lune mense octobris ante festum Sancti Luce evangeliste. Actum anno Domini Mo CCo Lo tercio. (*Cart. 34.*)

CLXXXII.

Accord au sujet d'une propriété en St-Sulliac.

1254 Universis presentes litteras inspecturis vel audituris, I., cappellanus de Plesseiaco, salutem in Domino : cum inter religiosos viros

(1) Cette famille, dans les armoriaux, est fautivement appelée *Rezalleis*.

(2) Ce mode de vente, qui n'était qu'une sorte de location, était bien différent de la vente à *réméré*, puisqu'il n'y avait pas lieu à remboursement du

abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., ex una parte, et Guillelmum de Marchia, ex altera, super quodam territorio sito juxta vineam relicte Fabri, in parrochia Sancti Sulini, quod vocatur villa Madec juxta villam monialium (1), ageretur materia questionis; tandem, post multas altercaciones in religiosum virum abbatem Sancti Jacuti et fratrem Guillelmum de Killiori (*ou* Hillion), celleriarum de Boquian, hinc inde gratanter compromiserunt partes predicte de questione predicta in hunc modum : quod quicquid, auditis dictarum parcium racionibus, et veritate inquisita per vicinos qui de possessione et jure parcium que dicunt se habere in dicto territorio hinc in inde quod vocatur villa Madoc, duxerint pace vel arbitrio suo mediante ordinando partes predicte ratum debent habere et acceptum. Ego cum expresso a partibus predictis et concesso in predicto compromisso quod si eisdem arbitriis constiterit dictum Guillelmum aliquid juris seu possessionis juste habere in dicto territorio, idem Guillelmus illud jus finem portando pro se et suis omnino debet dimittere et ei renunciare in totum, et pro dicto jure siquidem habere constiterit dicti religiosi de suo debent dare in recompensacione illius juris dicto Guillelmo quantum dicti arbitrii duxerint ordinandum pace vel arbitrio inter eos. Si vero nullum jus constiterit ipsum habere in dicto territorio dictos religiosos super dicto territorio de cetero non poterit inquietare vel vexare; et si dictis arbitris constiterit dictum Guillelmum nullum jus habere in dicto territorio, tenebitur dictus Guillelmus dictis religiosis, pro vexacione quam eis intulit super dicto territorio, ad dictum ipsorum arbitum emendare; et si dicti arbitrii super dicto compromisso ad invincem non poterint concordare, de consensu parcium predictarum, debent tercium vocare, videlicet priorem Fratrum Predicatorum de Dinanno ; etc. Hoc autem arbitrium seu compromissum infra quindenas Nativitatis Domini proxime venturas debet terminari. In cujus rei testimonium et munimen, ad peticionem parcium, presentes licteras sigillo nostro duximus roborandas. Datum anno Domini M° CC° L° quarto (2). (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 123.*)

capital ; mais il est à remarquer que le terme de cette vente était de cinq ans, comme le délai accordé aujourd'hui au vendeur à réméré, pour rentrer dans son bien. (Code civil, art. 1660.)

(1) Vers 1523, sous le gouvernement de François Le Voyer, le recteur de St-Sulliac, le chapitre de St-Malo, l'abbesse de St-Sulpice de Rennes, l'abbé de St-Floreut de Saumur, et celui de St-Aubin avaient un grand procès au sujet de leurs droits sur la Ville-aux-Nonains : ce fief resta en grande partie à St-Aubin, et fut aliéné au temps des guerres de religion, pour acquitter une partie de la taxe; plus tard l'abbé transigea avec l'acquéreur.

(2) Les archives des Côtes-du-Nord ont l'acte d'arbitrage, en date de la même année, dans la quinzaine de la Purification, fait par Mathieu, abbé de St-Jacut, et Guillaume de Killiori, cellerier de Boquen : on y voit que Faber avait le prénom de Geoffroi.

CLXXXIII.

Accord avec Guillaume d'Yvias au sujet de revenus en Pléhérel.

1254 Universis presentes litteras inspecturis Andreas, Dei gracia Briocensis episcopus, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., ex una parte, et Guillelmum de Yvias, militem, et Petrum filium ejus ex altera, super quibusdam redditibus terrarum sitarum in parrochia de Pleherel; tandem in hunc modum fuit coram nobis compositum inter partes : quod dicti religiosi debent solvere dicto Guillelmo vel suis heredibus quatuor denarios annuatim pro mangerio quarterii ville Robelin; et si dicti quatuor denarii ad Natale Domini annuatim non fuerint persoluti, triplicabuntur usque ad XII, et non amplius; et propter hoc poterint nanneare in terra illa, et nanna (1) tandiu tenere donec illi XII denarii persolvantur; nec ante dictum terminum poterit nanneare. Item tenetur dicti monachi solvere dicto Guillelmo, vel suis heredibus, annuatim, pro censibus terrarum quas possident in feodo suo, duos solidos et IX denarios ad festum omnium Sanctorum. Et nisi dicti II solidi et IX denarii ad dictum terminum fuerint persoluti, duplicabuntur, et propter hoc poterit nanneare si voluerit; et tenebitur dictus Guillelmus, vel sui heredes, nanna reddere cum census fuerit duplicatus, prius expensas racionabiles persolvendo. Nec ad aliam penam tenebuntur dicti monachi vel emendam. Item dicti Guillelmus et Petrus dimiserunt dictis monachis omnes elemosinas suas quas habebant in feodo suo, quitas liberas, et in perpetuum pacifice possidendas, sine aliqua exactione vel redevencia sibi vel heredibus suis aliquantenus faciendo. Quod si contingat quod dicti monachi in posterum aliquid in feodo ipsius donacionis, vel empcionis titulo, acquirant, illud non poterunt tenere nisi de ipsius voluntate vel nisi eidem voluerint obedire pro ut feodum illud de jure domino suo tenebitur obedire; etc. Datum anno Domini M° CC° L° quarto. (*Cab. Cornillet.*)

CLXXXIV.

1254 *Geoffroi Tornemine, chr., fait savoir que Eudes, fils de feu Geoffroi Affile, a affermé pour dix ans à St-Aubin quatre arpents de terre, sis* in villa Enogent, *en Pléhérel, pour 60 sous monnaie, qu'il a reçus: il s'engage, pendant ce temps, à acquitter toutes les redevances dont ce lieu est chargé. — Jeudi avant la fête des SS. Simon et Jude. (Cab. Cornillet.).*

CLXXXV.

Accord avec Rolland Cohas.

Universis presentes litteras inspecturis Andreas, Dei gracia Brio-

(1) *Nanna* pour *namium*, nantissement; et *nanneare* pour *nammiare*, se nantir, saisir en nantissement.

censis episcopus, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., ex una parte, et Rolandum Cohas, militem, et Oliverium filium ejus primogenitum ex altera, supra quadam terra sita in quarterio Peisson in parochia de Pleherel, in feodo dictorum Rolandi et Oliverii, tandem coram nobis fuit compositum inter partes in hunc modum; quod dicti religiosi debent solvere predicto Rolando vel suis de dicta terra tria prebendaria frumenti ad mensuram de Pleherel et sex denarios, absque alia aliqua redeventia vel aliqua exactione, ad natale Domini annuatim. Si autem contingerit quod dicti religiosi dictam terram tradant ad firmam secularibus, predicti Rolandus vel sui percipient decimam in terra superius nominata. Sed si eam proprius carucis excoluerint dicti religiosi decimam retinebunt; etc. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo quarto (1). (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CLXXXVI.

Charte de Jean de Dinan au sujet de l'étang de Durestal.

Universis presentes litteras inspecturis, ego Johannes de Dynanno, 1254
miles, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter me, ex una parte, et relig. viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cyst. ord., Brioc. dyoc., ex altera, super pratis stagni de Durestal de quibus ego in parte, et pater meus in alia, minus juste spoliavimus monachos supradictos; quod ego Johannes supradictus reddidi eisdem et concessi retractum aque supradicti stagni falcandum de cetero, prout plenius et melius tempore bone memorie Stephani de Corrum, avi mei, fulcaverunt; et eciam prout melius et plenius possederunt dicti monachi tempore antecessorum meorum prata superius nominata; preterea concessi et confirmavi omnes possessiones et elemosinas quas supradicti monachi quoquo modo possidebant in feodo meo, quitas et liberas, sine exactione aliqua, in perpetuum pacifice possidendas, quas possidebant tempore avi mei superius nominati. In cujus rei testimonium; etc. Datum anno Domini M° CC° L° quarto. (*Cart. 155 et 153. — Vidimus de P., évêque de S*t*-Brieuc, en 1282.*)

CLXXXVII.

Denise, dame de Matignon, fait savoir que Rolland Bobes, écuyer, a 1254
*engagé à S*t*-Aubin toutes ses dîmes de* Plubole, *moyennant 25 livres monnaie, pour en jouir jusqu'à ce qu'il ait fait le remboursement, qui peut s'effectuer chaque année avant la Nativité de S*t *Jean-Baptiste. (Cab. Cornillet.)*

(1) Sceau, en cire brune, d'André, pendant sur double queue de parchemin : l'évêque crossé, debout et bénissant.... DEI. GRA.... EPISCOPI. BRIO.... Au T. 1, nous avons donné plusieurs spécimens de ces sceaux.

CLXXXVIII.

Accord relatif à une terre au Port-à-la-Duc.

1254 Universis presentes litteras inspecturis vel audituris Guillelmus Hysdos, cappellanus ecclesie de Pleherel, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., ex una parte, et Guillelmum filium Johannis dicti Clandi, et ejus matrem, ex altera, super quadam terra sita in villa de Porteladur; quam terram dicti religiosi dicebant sibi fuisse collatam in elemosinam a dicte Johanne: tandem ad amicabilem composicionem pervenerunt in hunc modum, presentibus istis, videlicet domino G. Tornemine, milite, et domino Ol. dicto Abbate ejus senescallo, domino Alano presbitero de Pleherel, Egidio Le Porc, Gaufrido Thoma, Eudone Lafile, Hamone dicto Abbate, Bertranno de Pleherel; videlicet quod dictus Guillelmus et ejus mater dederunt et concesserunt, in puram et perpetuam elemosinam, dimidiam minam frumenti, ad mensuram de Pleherel, annui redditus, quam assignaverunt eisdem religiosis super quodam campo sito in parochia de Plurien, ento (1) ab heredibus Galteri Guerrif, ad festum Sancti Michaelis in monte Gargano annuatim persolvendam; etc. In cujus rei testimonium et munimen dedi presentes litteras eisdem religiosis, ad peticionem parcium, in sigillo ecclesie de Pleherel sigillatas. Datum die jovis proxima ante festum Beati Bartholomei apostoli, anno Domini M° CC° L° quarto (2). (*Arch. des Côtes-du-Nord.— Cart. 98 et 99.*)

CLXXXIX.

Préjudices causés à l'abbaye par Jean de Dinan-Montafillant.

1254 Universis presentes litteras inspecturis, Johannes de Dynanno, miles, salutem in Domino. Noveritis quod nos promissimus, sub pena viginti librarum currentis monete, tenere dictum religiosi viri prioris Sancti Albini et domini Johannis Jaon, militis, super fano quod asportavimus de pratis religiosorum virorum abbatis et conventus Sancti Albini, Cyst. ord., et dampnis, et deperditis a nobis dictis et religiosis illatis, et aliis injuriis et suis omnibus irrogatis; et si dicti duo non poterint concordare, de communi assensu tercium vocabunt; scilicet dominum Lucam de Ronceria, militem; tunc ordinacioni stabunt super premissis. Quod si facere contempsimus, tenemur solvere dictis monachis viginti libras superius nominatas, et super dictis dampnis et deperditis vos dicti monachi poteritis querere istud

(1) Pour *empto*.

(2) Une copie se termine ainsi : « In cujus rei testimonium et munimen » dedi presentes litteras eisdem religiosis, ad peticionem dicti Guillelmi et » ejus matris, in meo sigillo sigillatas. »

quod arbitrium dicet in Ramos palmarum proxime venturas terminari. Datum die martis proxima post cineres, anno Domini M° CC° L° quarto. (*Cart. 25.*)

CXC.

Accord avec R. de la Roncière au sujet des dîmes de St-Germain.

Universis presentes licteras inspecturis Dyonisia, domina de Matignon, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., ex una parte, et Rolandum de Roncereia, armigerum, ex altera, super collectione decimarum parochie Sancti Germani de Matignon, eisdem monachis ab antecessoribus meis elemosinatarum, in hunc modum fuit compositum inter ipsos : quod dictus Rolandus juravit coram nobis tenere fideliter et servare pacem quam Briencius de Roncereia, miles, pater ejus, et Tephania mater ejus, fecerunt cum dictis monachis super collectionem predictarum decimarum; videlicet quod dicti monachi tenentur reddere dicto Rollando, vel suis, tres minas bladii, scilicet unam frumenti, aliam siliginis et alteram avene ex eisdem decimis, in illo videlicet anno quo ei excadant tres mine superius nominate; etc. Datum anno Domini M° CC° L° quinto. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 233.*) 1255

CXCI.

Accord au sujet de terres en Pléhérel.

Universis presentes litteras inspecturis, Andreas, Dei gracia Briocensis episcopus, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., ex una parte, et Stephanum dictum Le Franceis, et Petrum dictum Banarre, ex altera, super quadam terra sita in quarterio Peisson, et in villa Bressel in parrochia de Pleherel dictis religiosis a Gaufrido dicto Blancguernon elemosinata, prout in litteris bone memorie Philippi, Briocensis episcopi, predecessoris nostri, vidimus contineri ; tandem in hunc modum fuit compositum inter partes predictas : quod dicti Stephanus et Petrus dimiserunt et concesserunt dictis monachis unum jornale terre, situm in quarterio Peisson, propinquius grangie dictorum monachorum, et duas justas frumenti super residuo dicte terre, percipiendas annuatim a dictis Stephano et Petro, vel ab eis qui tenuerunt dictam terram. Insuper concesserunt dicti Stephanus et Petrus omnem pasturam lande dicte pertinenti animalibus dictorum monachorum, et suorum hominum, in perpetuum pacifice possidendam. Tenentur insuper dicti Stephanus Le Franceis et Petrus, seu sui heredes super residuo dicte terre et omnibus hominibus suis solvere cuilibet domino dicte terre censum, jus et servicium et redevenciam pro se et monachis supra- 1255

dictis; ita quod jornale supradictum quitum et liberum ab omni exactione, jure, redditu, vel servitio dictis monachis in perpetuum remanebit; etc. Datum anno Domini M° CC° L° quinto. *(Cart. 119. — Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CXCII.

Paix entre l'abbaye et un particulier.

1255 Universis presentes licteras inspecturis et audituris, Guillelmus de Mota, senescallus Pentheurie tunc temporis, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Guillelmus Bodavel juravit quod nunquam per se, vel per alium, abbaciam Sancti Albini, Cyst. ord., vel eorum homines cum suis pertinenciis guerreabit; immo si injuriantur eidem jus suum queret ut jus dictabit; et si ipsos de cetero guerreabit erit convictus parjurus et de ipso poterimus facere sicut de parjuro; et de expletis supradictis sumus plegii et custodes tanquam curia; etc. (1) Datum die veneris proxima post Quasimodo, anno Domini M° CC° L° quinto. *(Cart. 141.)*

CXCIII.

Arbitrage au sujet d'une dîme et d'un fief.

1255 Universis presentes licteras inspecturis Gaufridus Tornemine, miles, Johannes Bernier, armiger, et Rollandus Rivaloni, burgensis de Lambalia, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., ex una parte, et Guillelmum Roussel de Bodan, et Johannem Rollandi generum dicti Guillelmi, ex altera, super quadam decima sita in parrochia de Plesten, quam decimam pater dicti Guillelmi dictis monachis prius obligaverat, et postea in puram et perpetuam elemosinam dederat predictis monachis quicquid habebat vel habere poterat in decima supradicta, ut monachi asserebant, et in quartis suis vidimus contineri; et super quodam feodo dictorum monachorum cum suis pertinenciis sito in parrochia Sancti Rioci in quo Bertrannus Le Tesier, homo dictorum tunc temporis morabatur; de omnibus contencionibus supradictis compromiserunt ad ultimum in nos Johannem Bernier et Rollandum Rivalloni et nos Gaufridum Tornemine, militem, tanquam mediatores; et dicti monachi posuerunt plegios de tenendo dictum nostrum, et dicti Guillelmus Roussel et Johannes Rollandi juraverunt tenere dictum nostrum fideliter et inviolabiliter observare, et nos, de communi assensu, judicavimus ut dicti Guillelmus et Johannes sufficienter aducerent de

(1) Nous prenons acte de cette charte pour le moment où nous traiterons des rapports entre les diverses classes de la société au Moyen-âge. Voici la paix conclue entre l'abbaye et un particulier, paix dont le sénéchal de Penthièvre se fait caution et gardien.

progenie sua ad finem petendam; veritate inquisita per nos, dicti Guillelmus et Johannes recognoverunt coram nobis et Elyoco Morel, allocato domini Guillelmi de Mota, militis, senescalli Pentheurie tunc temporis, etc.; in cujus rei testimonium et munimen, Ego Gaufridus Tornemine presentibus licteris sigillum meum apposui; et nos dicti Johannes Bernier et Rollandus Rivalloni presentes licteras sigillo Hamonis filie Gaufridi Galteri, burgensis de Lambalia, fecimus sigillari (1), cum sigilla propria non habebamus. Datum anno Domini M° CC° L° quinto. *(Cart. 181.)*

CXCIV.

Accord devant Geoffroi de Alneto, *sénéchal de Penthièvre, avec Alain* Ruffus *et Geoffroi son frère, fils de Pierre* Ruffus *de Bodan, au sujet des mêmes dîme et fief.* 1256

CXCV.

Geoffroi Tournemine donne 50 livres de rente.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, Gaufridus Tornemine, miles, salutem in Domino. Noveritis quod ego, cum assensu et bona voluntate Petri filii mei primogeniti, dedi et assignavi abbacie beate Marie de Sancto Albino, Cist. ord., Brioc. dyoc., et monachis ibidem Deo servientibus, in puram et perpetuam elemosinam quinquaginta solidos annui redditus percipiendos libere et pacifice annuatim, et habendos, super molendino quod vocatur molendinum Hamonis presbiteri, et super aliis molendinis meis fullonicis sitis super Arguenon, per manus illorum vel illius qui dicta tenuerint molendina : quos IV solidos bone memorie Juliana uxor mea in testamento suo, pro remedio anime mee et sue, elemosinavit monachis supradictis. Dicti vero monachi circa dicta molendina nullas expensas ponere tenebuntur; etc. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)* 1256

CXCVI.

Donation de Geoffroi de la Soraie.

Universis Christi fidelibus presentes licteras inspecturis et audituris, Gaufridus de Soreia, miles, salutem in Domino. Noveritis quod ego dedi et concessi Johanni Rossel Botin, et heredibus suis de prima uxore sua, in puram et perpetuam elemosinam, totam terram meam de la Guesse, sitam in parrochia de Quitenit, quitam et liberam ab omni exactione et redevencia, pro salute anime mee et servicio suo mihi fideliter impenso, cum assensu et voluntate Gaufridi Roche heredis mei; in cujus rei testimonium et munimen, dominus Johannes 1256

(1) Le lecteur remarquera que les trois arbitres sont l'un chevalier, l'autre écuyer, l'autre bourgeois; les trois degrés de la hiérarchie civile, mais pas d'ecclésiastiques. Comme témoin de l'engagement des parties, ils s'adjoignent l'alloué de Lamballe.

de Dynanno, miles, superior dominus dicti feodi, ad peticionem meam presentes licteras sigillavit, quum sigillum proprium non habebam. Datum anno Domini M° CC° L° sexto, mense aprilis. (*Cab. Cornillet. — Cart. 167. — Vidimus de Eudes, archid. de Penth.*) (1).

CXCVII.

Autre donation du même.

1256 Universis presentes litteras inspecturis, Gaufridus, dominus de Soreia, miles, salutem in Domino. Noveritis quod ego dedi et concessi abbacie beate Marie de Sancto Albino, Cist. ord., Brioc. dioc., unam minam frumenti annui redditus, sitam in decimam meam de Tresselin in parrochia de Plevenon, cum consensu Gaufridi dicti Roche; et partem anguillarum quam habebam in stagno suo de Sancto Maclovio; et quicquid juris habebam vel habere poteram in possessionibus et elemosinis quas in meo feodo dicti monachi possidebant, in puram et perpetuam elemosinam possidendum pacifice et habendum. In cujus rei testimonium et munimen, ad peticionem meam, quum sigillum proprium non habebam, venerabilis vir Eudo archidiaconus Penthevrie, et Gaufridus dictus Abbas, burgensis Lambalie, meus tunc temporis allocatus (2), presentibus litteris sigilla sua apposuerunt. Datum anno Domini M° CC° L° sexto. (*Cab. Cornillet. — Cart. 170.*)

CXCVIII.

Testament de Geoffroi de la Soraie.

1256 In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Gaufridus, dominus de Soreia, miles, compos mentis, jacens in lecto egritudinis, cogitans de suppremis, meum in hunc modum constituo testamentum..... — *Il confirme d'abord les donations précédentes, et il poursuit :* Item, do et concedo in puram et perpetuam elemosinam ecclesie beati Petri de Quintenit unam justam frumenti annui redditus, ad panem et vinum ministrandum in dicta ecclesia in diebus Pasce (3), sitam in Villa-as-evens. — Item Galtero presbitero dicte ecclesie, XX solidos. — Item confrarie mei, X solidos. — Relicte Pietin, X solidos. — Relicte Petri Corbe, X solidos. — Gaufrido Legrant, XX solidos, pro equo suo. — Gaufrido Galteri, X solidos, pro equo suo. — Item Gaufrido Legrant, I minam siliginis et unam minam avene. — Jordano de Plessiaco XI justas siliginis. — Rollando Angeri III justas siliginis. — Item Rollando Angeri et Basin, XV solidos. — Guillelmo

(1) Voir les trois chartes suivantes et le vidimus de 1282.

(2) Nous avons vu jusqu'ici les offices de judicature exercés par des chevaliers ; voici un simple bourgeois qui est alloué : la robe et l'épée commencent à se séparer.

(3) Voici encore la communion sous les deux espèces.

Garecol, VIII solidos. — Thome Huet, II justas siliginis. — Petro Forestario, III justas avene. — Rossello Botin et heredibus suis prime uxoris sue terram meam de la Guesse sitam in parrochia de Quintenit ab omni exaccione liberam et immunem. — Agathe de Mechavalier, unam robam de gueldi. — Heredibus Gaufridi Le Conracier, XXX solidos. — Ecclesie beate Marie de Lambalia, XII denarios. — Ecclesie Sancti Brioci, XII denarios. — Capelle Sancti Guillelmi, XII denarios. — Ecclesie de Sancto Erano, XII denarios. — Unicuique VII Sanctorum Britannie (1), XII denarios. — Unicuique septem servientium sex denarios. — Ecclesie de Henansal, XII denarios. — Ecclesie de La Bollie, XII denarios. — Ecclesie de Sancto Donoalo, XII denarios. — Ecclesie de Sancti Jacobi, II solidos. — Ecclesie de Tregoma, VI denarios. — Apud Le Guelido, VI denarios. — Apud Establehon, VI denarios. — Apud Dynart, VI denarios. — Ad quoddam pannum pauperibus erogandum, XL solidos. — Ad tres virgas tele (2), V solidos. — Carpentario arche mee, V solidos. — Item scriptori testamenti mei ad unam cucullam pro servicio suo, XX solidos. — Gaufrido Lebreton medietatem quarterii Bagnes quam pater meus emit, quod sedit in Plessiaco Bili liberam et quictam. — Ad tria pondere cere XXX et III solidos. — Ad parvum Britonem, X solidos. — Ad pitanciam monachorum Sancti Albini, XX solidos. — Ad oblaciones meas, XL solidos. — Ecclesie de Sancto Albano unum ortulum (3) et dimidium situm juxta eamdem ecclesiam in puram et perpetuam elemosinam. — Item do et concedo Gaufrido Begaier et heredibus suis in puram elemosinam et perpetuam herbergamentum suum situm in parrochia de Sancto Albano, ab omni exaccione liberum et quitum, in quo dictus Gaufridus moratur, exceptis duobus solidis quos idem Gaufridus sui ad Natale Domini, anno quolibet mihi et heredibus meis solvere tenebuntur. — Item do et concedo Guillelmo persone de Gorreio, filio Gaufridi dicti abbatis de Lambalia, et heredibus suis, unam plateam in qua solebat manere Johannes Le Corte, et aliam in qua solebat manere uxor Rollandi la Teste cum ortis sibi adjacentibus usque ad aquam de Goyssant in Moyssigne, in parrochia de Maroy, in puram et perpetuam elemosinam possidendas pacifice et habendas. — Item Matheo Madeuc quoddam pratum et

(1) Les sept Saints de Bretagne étaient S[t] Brieuc, S[t] Tugdual, S[t] Paterne, S[t] Corentin, S[t] Paul-Aurélien, S[t] Samson, S[t] Malo. Ils avaient une église, élevée en leur honneur, qui fut un pèlerinage très-fréquenté ; D. Lobineau a vu près de Dinan les restes d'un chemin pavé qui y conduisait. Un autel leur était consacré près du côté méridional de la porte du chœur de la cathédrale de Quimper. (Histoire de Bretagne, Préf.)

(2) Trois vergées de toile pour les tentures funèbres ou litre portant les écussons du défunt, comme le prouve la charte suivante.

(3) Petit verger.

quoddam reschium (1) situm inter pratum Gaufridi Ruffi et Sanctum Melanum, in parrochia de Maroy, sibi et heredibus suis pro servicio suo jam mihi impensum, in perpetuum possidendum pacifice et habendum.—Item Jordano, x solidos.—Item volo ut hec omnia capiantur super omnibus mobilibus meis que posui in manum abbatis Sancti Albini, Cist. ord., et Gaufridi dicti Abbatis, burgensis Lambalie; et eciam super immobilibus, si mobilia ad hec non sufficerent; et si mobilia hujus modi mensuram excederent, residuum ad libitum executorum testamenti pauperibus erogatur. — Hec sunt debita que debeo : Oliverio Danieli et matri ejus sexaginta libras currentis monete et x solidos. — Oliverio Biaubordeis, VIII libras et v solidos. — Petro Aanor, XXX et v solidos. — Rollando Ruillin, quadraginta solidos. — Russello Botin, XX et VIII solidos. — Filio monachi, IIII solidos. — Roberto le Mintier, IX solidos. — Thome dicto abbati, IX solidos. — Guillelmo Le Picart, XX et et VIII solidos. — Egidio piscatori de Erqueio, XX solidos. — Gaufrido Botin, XX et VIII solidos. — Matheo Madeuc, VI libras et XIII solidos. — A beletel, XVIII solidos. — Elyoco Morel, VIII solidos et II denarios. — Servientibus meis, III solidos. — Gaufrido Beguier, XX et VII solidos. — Petro Querce, XXX et v solidos. — Stephano Berthou, VII solidos. — Guillelmo Roster, III solidos et dimidium. — Item Gaufrido Botin, duo carteria avene.— Philippo Auriere, XVI solidos.— Et quum sigillum proprium non habebam, abbas de Sancto Albino, Cist. ord., et Gaufridus dictus Abbas de Lambalia, et Galterus presbiter de Quintenit ad peticionem meam presentes licteras sigillaverunt. Datum anno Domini M° CC° L° sexto. (*Cart. 172 et 69*) (2).

CXCIX.

Compte des exécuteurs testamentaires de Geoffroi de la Soraie.

1255 Hec sunt que nos solvimus de elemosinis domini de la Soraie : presbitero de Quintenit, XX s.; Agathe de Michevaler, XV s.; Gaufrido Magno, XX s.; in oblacionibus et tela et lichniis (3), XV s. et X d.; in cera, XXX s.; Menguico Britoni, X s.; Clerico filio Gaufredi Galteri, X s.; ad psalteria, XII d. per manum Mathei Madeuc. Relicte Petri Corbe, X s.; Gaufrido Magno, III s. pro filio quos eidem debebat, per manum abbatis Sancti Albini: quatuor portubus, II s.; abbacie, XL s. tam pro pitancia quam pro oblacionibus. Item V s. pauperibus. *(Cart. 70.)*

(1) Ce mot n'est pas dans les Glossaires; mais n'est-il pas mal écrit, et ne serait-ce pas *freschium*, *frescherium*, terre en friche ?

(2) A la page 70 on voit le commencement d'un vidimus de ce testament, donné par Eudes, archidiacre de Penthièvre.

(3) Pour *ellychiis*, les cierges.

CC.

Accord avec P. de la Chapelle, au sujet des dîmes de St-Germain.

Universis presentes licteras inspecturis Dyonisia, domina de Matignon, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., ex una parte, et Petrum Chapele, armigerum, ex altera, super collectione decimarum parrochie Sancti Germani de Matignon, eisdem monachis ab antecessoribus nostris elemosinatarum, in hunc modum fuit compositum inter ipsos : quod dictus Petrus juravit coram nobis tenere fideliter et servare pacem quam Guillelmus Chapele pater ejus, miles, fecit cum dictis monachis super collectione dictarum decimarum ; videlicet quod dicti monachi tenentur reddere dicto Petro vel suis tres minas bladi, scilicet unam frumenti, aliam siliginis, et alteram avene, ex eisdem decimis, in illo videlicet anno quo ei excadent tres superius nominate ; etc. Datum anno Domini M° CC° L° VIII°. (*Cab. Cornillet. — Cart. 234* (1).) 1257

CCI.

Emprunt de Pierre Papebeuf, écuyer.

Universis presentes licteras visuris vel audituris Gaufridus Tornemine, miles, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Oliverius Papabuf, armiger, pignori obligavit abbati et conventui Sancti Albini terciam partem omnium decimarum suarum, sitarum in parrochia de Pleherel, Brioc. dyoc., pro decem libris cursilis monete, tenendam pacifice et habendam donec dicta summa pecunie eisdem abbati et conventui fuerit ex integre persoluta : quam terciam partem tenetur dictus Oliverius super omnibus mobilibus et immobilibus suis, et per juramentum suum, garantizare predictis monachis, et deffendere contra omnes quandiu eam titulo pignoris obtinebunt. Dedit eciam et concessit dictus Oliverius predictis abbati et conventui omnes fructus et exitus quos percipient de dicta decima in puram elemosinam quandiu cum eis fuerit obligata, in hoc renuncians omni suffragio juris (2) canonici et civilis. In cujus rei testimonium ; etc. Datum anno Domini M° CC° L° septimo. (*Cart. 239 ; d'après une copie de sept. 1269, donnée par Eudes, archid. de Penthièvre.*) 1257

CCII.

Denise de Matignon renonce aux dîmes novales.

Omnibus, etc., Radulphus, Dei gracia Briocensis episcopus, salut. 1257

(1) Nous avertissons, une fois pour toutes, que, forcés par le défaut d'espace de supprimer les formules ordinaires, répétées plusieurs fois déjà, nous avons conservé celles qui offraient quelque particularité ; par ailleurs, nous n'avons rien élagué. Ainsi, en réalité, chaque charte est complète.

(2) Privilége.

in Dom. Noveritis quod cum Dyonisia, domina de Matignon, religiosis viris abbati et conventui beati Albini, Cist. ord., nostre dyocesis, super decimis novalium de parrochia Sancti Germani de Matignon questionem movisset; tandem dicta Dyonisia coram nobis, pro se et heredibus et successoribus suis quibuscunque, dicte questioni renuncians, quidquid in ipsis novalibus se contendebat habere, aut habere poterat, pro salute anime sue, ipsis religiosis contulit et dimisit in puram et liberam elemosinam in perpetuum possidendam, et eosdem possessione dictorum novalium per anulum investivit (1); etc. Datum nobis visitantibus dictam ecclesiam Sancti Germani mense junio, anno gracie M° CC° quinquagesimo septimo. (*Cart. 176. — Cab. Cornillet.*)

CCIII.

Engagement de dîmes par Alain de Ruca.

1257 Universis, etc., Guillelmus, persona de Ruscha, salut. in Dom. Noveritis quod coram nobis constituti Alanus de Rusca, armiger, et Stacia uxor ejus, et Rollandus eorum filius primogenitus, pignori obligaverunt abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., omnes decimas suas sitas in parrochia de Rusca, Brioc. dyoc., super duodecim libris currentis monete, cum assensu et voluntate nostra, etc. Datum mense januarii, anno Domini M° CC° L° septimo. (*Cart. 197.*)

CCIV.

Bail du prieuré de St-Galery de Matignon.

1258 Universis, etc., Dionisia, domina de Matignon, salut. in Dom. Noverint universi quod magister Guillermus Leeffant tradidit suum prioratum Sancti Walerici, situm prope Matignon, Brioc. dioc., cum omnibus ejusdem prioratus pertinenciis, ad firmam, vita ejusdem magistri comite, Stephano Hericon, presbitero, pro viginti et duabus libris usualis monete annuatim dicto magistro, vel ejus mandato, solvendis apud domum fratrum predicatorum Dynanni, coram priore vel subpriore eorumdem fratrum : scilicet undecim in nativitate [Sancti Johannis Baptiste, et residuis aliis undecim libris in nativitate] Domini. Dictus vero Stephanus tenetur servare et tenere dictum prioratum, et post decessum dicti magistri, pacifice relinquere mandato abbatis Sancti Walerici supra mare, Ambianencis dyoc., in tali statu vel meliori quo dictus prioratus fuit affirmatus : et omnia supradicta tenentur servare et adimplere fideliter predictus magister et predictus Stephanus, prestito coram me et pluribus aliis juramento corporali. Ego vero predicta Dionisia, ad peticionem predictorum, scilicet ma-

(1) Voici des novales (Voir nos premiers volumes relativement à ces dîmes) dont le nouveau propriétaire reçoit l'investiture par l'anneau.

gistri et Stephani, posui me et heredes meos custodes et fidejussores de omnibus predictis ab utroque fideliter observandis et eciam adimplendis. In cujus rei testimonium ego dedi presentes litteras predicto magistro sigillo meo et sigillo dicti Stephani sigillatas. Datum apud Matignon die lune proxima post decollacionem beati Johannis Baptiste anno Domini M° CC° L° octavo. *(Cab. Cornillet. — Cart. 84. — Vidim. de Geoffroi Michel, official de Dol, du mardi « in feriis Nati- » vitatis Domini », 1258. Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CCV.

Charte relative à l'étang de Durestal.

Universis, etc., Johannes Jaon, miles, salut. in Dom. Noveritis 1258
quod ego teneor, meo prestito juramento, facere abessare calciatam stagni de Durestal totam ad mensuram legitimam quinque pedum, intra mensem a dacione presencium licterarum; et si intra dictum terminum non fuerit abessata ex tunc, per juramentum meum, teneor solvere abbati et conventui de Sancto Albino, Cist. ord., pro quolibet mense c solidos currentis monete, donec dicta calciata fuerit abessata ad mensuram superius nominatam; et de hoc tenendo et integrando omnia bona mea mobilia et immobilia obligavi; et per dictam pecuniam si in solucione defecero sine contradictione aliqua, vel placito, vel contraplacito, per totam terram meam poterunt dicti monachi nanneare. In cujus rei testimonium et munimen, ad peticionem meam, dominus Johannes de Dynanno, miles, et frater Robertus de Evran, tunc temporis prior fratrum predicatorum de Dynanno, presentibus licteris sigilla sua apposuerunt, quum sigillum proprium non habebam. Datum die Jovis ante festum beati Luce euvangeliste, anno Domini M° CC° L° octavo. (*Cart. 153.*)

CCVI.

Autre de Jean de Dinan, relative au même étang.

Universis, etc., Johannes de Dynanno, miles, salut. in Dom. 1258
Noveritis quod ego abessavi ad mensuram legitimam quinque pedum calciatam stagni mei de Durestal, quod ego et pater meus in prejudicium abbatis et conventus de Sancto Albino, Cyst. ord., injuste levaveramus; quam calciatam ego, vel heredes mei, non possumus de cetero superius elevare; concessi insuper et gratavi dictis abbati et conventui quod ego et heredes mei tenemur promittere quod possunt falcare et possidere prata sua, prout unquam melius et plenius falcaverunt et possederunt tempore antecessorum meorum, super restrictum aque stagni superius nominati; concessi siquidem et confirmavi dictis abbati et conventui omnes possessiones et elemosinas quas possidebant in feodo meo, prout in carta mea continetur, liberas et immunes. In

cujus rei testimonium, etc. Datum die mercurii proxima ante festum beati Luce euvangeliste, anno Domini Mº ccº Lº octavo. (*Cart. 151.*)

CCVII.

Donation à la Ville-Chennart, en Hénansal.

1259 Universis, etc., Symon, Dei gracia Brioc. episcop., salut. in Dom. Noveritis quod, in mea presencia constitutus, Gaufridus Gode, filius Hamonis Chennart, dedit, contulit et concessit, in puram et perpetuam elemosinam, abbati et conventui de Sancto Albino, Cyst. ord., quatuor jugera terre in villa Chennart, sub herbergamento Briencii Legoze, in parrochia de Henantsal, Brioc. dioc., pro redempcione anime sue et suorum, dictis monachis perpetuo possidenda pacifice et habenda ; omnem autem redditum et redevenciam dicte terre super residuo feodi sui in villa Chennart atornavit Gaufridus supradictus ; etc. Datum mense aprilis, anno Domini Mº ccº quinquagesimo nono. (*Cart. 35 et 145.*)

CCVIII.

Donation à St-Malo, en Hénansal.

1259 Universis, etc., Eudo, archidiac. Pentheurie, salut. in Dom. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Guillelmus Durant dedit in elemosinam abbati et conventui de Sancto Albino herbergamentum suum de Sancto Maclovio, in parrochia de Henansal, cum viridario sibi adjacente, perpetuo et pacifice possidenda ; ita tamen quod quamdiu dictus Guillelmus in dicto herbergamento inhabitabit, tenetur solvere dictis abbati et conventui unam perream siliginis infra nundinas Lamballi annuatim ; redevenciam autem omnem dicti herbergamenti et viridarii super residuo sui feodi atornavit ; etc. Datum anno Domini Mº ccº Lº nono. (*Cart. 150.*)

CCIX.

Vente de St-Galery par l'abbaye de St-Valery-sur-Mer.

1259 Universis, etc., frater Egidius, Dei gratia humilis abbas Sancti Benedicti, Ambianensis dyoc., tociusque ejusdem loci conventus, salut. in Dom. Noveritis quod nos, habito diligenti tractatu in capitulo nostro, attendentes quod in parrochia Sancti Germani juxta Matignon, Brioc. dyoc., quandam cellam, seu capellam, habemus ad nostrum monasterium pertinentem ; que, propter raritatem reddituum et locorum distanciam, utpote quia distat a monasterio nostro per septem dietas et ultra, nobis erat minus utilis, et eciam honerosa : de communi consensu tocius capituli nostri, dictam cellam, seu capellam, cum omnibus decimis sibi pertinentibus vel pertinere debentibus, in Brioc. dyoc., damus et concedimus abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., possidendam cum dictis decimis in

perpetuum et habendam ; omne jus et omnem possessionem seu sesinam quod vel quam habemus vel habere debemus in omnibus supradictis transferentes per presentes licteras in dictos abbatem et conventum de Sancto Albino ; concedentes eisdem liberam et plenariam potestatem intrandi corporalem possessionem celle, seu capelle, predicte et omnium sibi pertinencium decimarum nobis minime requisitis constituentes eos procuratores in rem suam quantum ad omnia supradicta. Sciendum autem quod dicti abbas et conventus de Sancto Albino debent reddere nobis quolibet anno in perpetuum , apud Sanctum Walericum supra mare, viginti solidos turonenses ad custus suos, infra festum omnium Sanctorum, de pensione, super omnibus supradictis. Si autem dicti abbas et conventus Sancti Albini dictos viginti solidós Turonenses ad terminum predictum nobis uno anno vel secundo non solverint, tercio anno nobis de duobus predictis annis cum redditu tercii anni solvere tenebuntur. Si autem in tercio anno dictum redditum non habuerimus, et apud Sanctum Albinum nuncium pro defectu solucionis eorumdem miserimus, expensas racionabiles dicti nuncii dicti abbas et conventus Sancti Albini, eundo et redeundo, et in dicta abbacia moram faciendo, solvere tenebuntur; promictimus autem bona fide quod contra premissa per nos vel per alios non veniemus in futurum. In cujus rei testimonium, etc. Actum apud Sanctum Walericum supra mare anno Domini M° CC° L° nono, mense junio. — Et hoc vobis significamus per presentes licteras sigillo nostro sigillatas. Datum anno Domini M° CC° L° nono. (*Vidim. d'Etienne, évêque de Dol; Cab. Cornillet. — Cart. 203.*)

CCX.

Juin. — Charte par laquelle Gilles, abbé de St-Walery-sur-Mer, cède à St-Aubin tous les droits de son monastère sur le prieuré de Matignon, moyennant 100 livres parisis, qui doivent être employées à acheter, dans le diocèse d'Amiens, decem libratas annui redditus. (*Cart. 202.*) 1259

CCXI.

Juin. — Hervé, abbé de St-Aubin, s'engage à acquitter, pour l'acquisition du prieuré de Matignon, les 20 sous tournois de rente, et les 100 livres parisis mentionnés dans les deux actes précédents. (Arch. des Côtes-du-Nord.) 1259

CCXII.

Juin. — Etienne, évêque de Dol, donne une copie de l'acte par lequel Gilles, abbé de St-Walery-sur-Mer, substitue St-Aubin à son monastère pour recevoir la rente annuelle de 20 sous parisis due à ce dernier par Guillaume L'Enffant, clerc, à la Toussaint (1). *(Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 198.)* 1259

(1) A la même date, l'abbé Gilles invita le prieur des Frères Prècheurs de Dinan à remettre à l'abbé de St-Aubin toutes les chartes déposées entre

CCXIII.

1259 Cal. Jul. Anagn. — *Ratification de la cession du prieuré de* ***Matignon****, donnée par le pape Alexandre ; d'après une copie faite par l'abbé de St-Richer, en Ponthieu, délégué du Souverain-Pontife. (Cart. 199 à 201.)*

CCXIV.

1259 *Ratification de la même cession, par Simon, évêque de S^t-****Brieuc****, à la demande de Denise, dame de Matignon. (Cab. Cornillet. — Vidim. de l'archid. de Penthièvre, en 1278 ; Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CCXV.

1259 *Lendemain de la conversion de St-Paul. — Simon, évêque de S^t-****Brieuc****, fait connaître que, avec l'assentiment du chapitre, il a ratifié la cession du prieuré de St-Walery de Matignon. (Cart. 47.)*

CCXVI.

1259 *Même jour. — G., doyen, et le chapitre de St-Brieuc ratifient la cession du prieuré de Matignon : l'acte était scellé par le doyen, par Eudes, archid.* de *Penthièvre, et* « ad majorem confirmacionem, in magno sigillo curie Briocensis ». *(Cart. 48.)*

CCXVII.

1259 *Eudes, archid. de Penthièvre, fait savoir que Pétronille, fille de Guillaume Bernard, a approuvé et confirmé la donation du champ du Hirel,* cum noa et viridario, *faite à St-Aubin par son père Guillaume. (Cab. Cornillet.)*

CCXVIII.

Inondations de l'étang de St-Malo.

1259 Universis, etc., Rollandus, tunc temporis prior ecclesie de Henantsal, et Matheus Rescant, tunc temporis ejusdem ecclesie cappellanus, salut. in Dom. Notum vobis facimus quod Rollandus dictus Martel, et Johanna uxor ejus, Johannes filius Rivaloni de Pellart, et Juliana soror ejus, in nostra presencia constituti, dederunt et concesserunt, et omnino dimiserunt in puram et perpetuam elemosinam, pro salute animarum suarum et antecessorum suorum, abbacie Sancti Albini, Cyst. ord., Brioc. dyoc., et religiosis ibidem Deo et beate Marie servientibus, XII denarios cursilis monete in perpetuum possidendos et habendos, et retinendos per elemosinam supradictam. Quos duodecim denarios predicti religiosi tenebuntur reddere annui redditus eisdem Rollando Martel, uxori ejus, Johanni et sorori sue, pro redundacione aque de stagno ipsorum religiosorum sito in parochia de Henantsal, apud Sanctum Maclovium, cum se extendebat super terra eorumdem Rollandi uxoris sue, Johannis et sororis sue. Juraverunt eciam coram nobis prenominati Johannes uxor ejus, Johannes et Juliana soror ejus

ses mains, et relatives au prieuré de Matignon, afin de pouvoir prendre possession du bénéfice, après le décès de Guillaume L'Enfant. *(Cab. Cornillet.)*

quod in predictis XII denariis, racione aque dicti stagni, nihil juris, possessionis et sesine reclamabunt, nec per alium facient reclamare, In cujus rei testimonium, etc. Datum mense februarii anno gracie M° CC° L° nono. (*Cart. 143.*)

CCXIX.

Alain de Retalliis, clerc ; Olivier, son frère ; Guillemette, leur sœur ; Aanor, leur mère ; Hiomacus Briton ; Eustacia, sa femme ; Pierre Briencii ; Olive, sa femme ; Jeanne, veuve de An Trehu ; Dago Adeline ; Alice, sa femme ; Philippe Urvoys ; Johannes Jocii ; Jeanne, sa femme ; Pierre de Stagno ; Olive, sa femme ; Dyonisia Morin donnent à St-Aubin, à titre d'échange, un champ de terre et 3 sillons *de terre adjacents, sis dans la paroisse de* Erqueyo, in Villa Ameline, *près d'une autre terre appartenant dès longtemps à l'abbaye, dans le même village. (Charte en partie détruite ; Arch. des Côtes-du-Nord.)* 1260

CCXX.

Donation de Hamon Botorel, de Ruca.

Universis, etc., Eudo, archidiac. Pentheurie, salut. in Dom. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Hamo dictus Botorel dedit et concessit abbati et conventui de Sancto Albino, Cist. ord., Brioc. dyoc., in puram et perpetuam elemosinam, omnes decimas suas quas habebat, vel habere debebat, in parrochia de Ruscha, Brioc. dyoc., etc. Datum anno Domini M° CC° LX°. (*Cart. 243 et 245. — Cab. Cornillet.*) 1260

CCXXI.

Donation de P. Cochin et G. Cochart, de Hénansal.

Universis, etc., Eudo, archidiac. Penth., in ecclesia Brioc., salut. in Dom. Noveritis quod in nostra presencia constituti Petrus Cochin, et Johanna filia Petri Ricardi, ratam et gratam habuerunt collacionem elemosine quam Gaufridus Cochart fecit abbacie Sancti Albinni, Cyst. ord., Brioc. dyoc., de herbergamento sito ante grangiam de Sancto Maclovio dicte abbacie ; et de quodam campo terre dicto herbergamento adjacente sito in parrochia de Henantsal, dicte abbacie in perpetuum possidendam pacifice et habendam ; etc. Datum ad peticionem dictorum Petri et Johanne Guillelmi Hervei de Sancto Maclovio pro se et suis, anno Domini M° CC° LX°. (*Cart. 151.*) 1260

CCXXII.

Eudes, archidiacre de Penthièvre, fait savoir que Rolland Bobes, écuyer, a engagé à St-Aubin toutes ses dîmes de Plubole, *pour 45 sous monnaie : il pourra rembourser chaque année à la Nativité de St-Jean-Baptiste. (Cab. Cornillet.)* 1260

CCXXIII.

Acquisition de bien, par adjudication, en St-Suliac.

Universis, etc., Hamo dictus Holony, salut. in Dom. Noveritis 1260

quod in nostra presencia constituti, Gaufridus dictus Byays, et Petronilla ejus uxor, Guillelmus filius Radulphi dicti Gaufre, vendiderunt religiosis viris abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., quicquid habebant et quicquid habere poterant racione caduce (1) Ameline relicte Johannis dicti Boyvin in feodo meo de Villa Madoc; bannis factis, vendis solutis et omnibus aliis que ad vendicionem pertinent, secundum usum et consuetudinem patrie rite factis; etc..... sigillatas in sigillo Domini Gaufridi de Mota, militis, ad peticionem meam, quare sigillum proprium non habebam. Actum anno Domini M° CC° sexagesimo. *(Cart. 122.)*

CCXXIV.

1250 *Simon, évêque de St-Brieuc, confirme à l'abbaye de St-Aubin les dîmes qu'elle possède dans son diocèse.* (*Cart. 174 et 252.*)

CCXXV.

Donation de Olivier Cohas, de Pléhérel.

1260 Universis, etc., Eudo, archidiac. Penthev., in Dom. salut. Cum Rollandus Colas (Chohas), miles, et Oliverius filius ejus primogenitus, obligassent medietatem omnium decimarum suarum sitarum in parrochia de Pleherel, Brioc. dioc., abbati et conventui de Sancto Albino, Cist. ord., super quadraginta et quinque libris currentis monete; noveritis quod dictus Oliverius per juramentum suum solvere dictis monachis super alia medietate dictarum decimarum de suis propriis duas minas frumenti, ad mensuram grangie de Pleherel dictorum monachorum, quas dictus Rollandus cum consensu dicti Oliverii contulit dictis monachis in puram et perpetuam elemosinam possidendas pro ut in nostra presencia sunt confessi; etc. (2). Datum anno Domini M° CC° sexagesimo. (*Cart. 173.— Cab. Cornillet.*)

CCXXVI.

Accord avec Bertrand, de Hénanbihen.

1260 Universis, etc., Eudo, archidiac. Penth., salut. in Dom. Cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum de Sancto Albino, Cist. ord. dioc. Brioc., ex una parte, et Bertramnum filium Hamonis, generum Rollandi le Poter, ex alia, super decimis au Guichous et denariis et frumentagio que sita sunt in Villa Oren, et Esguaures, et super terris sitis a la Guichosae, dictis religiosis a Guillelmo le Guichous elemosinatis; tandem compositum fuit inter partes in hunc modum : quod dictus Bertramnus dimisit, dedit, et concessit

(1) Le mot *caduca* n'est pas pris ordinairement pour signifier *déshérence*.
(2) Sur l'original, on lit Chohas au lieu de Colas. — De la même année, confirmation de cet acte par Geoffroi Tournemine, chevalier.

dictis religiosis dictas decimas et duo jugera terre sita a la Guichosae, in parrochia de Henantbihen, dicto dyoc., quitta et libera, in perpetuum possidenda pacifice et habenda ; tenetur eciam idem Bertramnus super omni feodo suo omne jus, servicium, et redevenciam solvere et reddere cuilibet dominio in perpetuum pro religiosis supradictis ; et si contigerit quod dictus Bertramnus sine herede de Havisia uxore sua filia dicti Rollandi decesserit, concessit et gratavit idem Bertramnus quod quicquid ad dictum Guillelmum pertinebat, vel pertinere poterat, de omnibus supradictis, ad dictos religiosos pacifice et sine contradictione aliqua revertetur. Item dictus Bertramnus voluit et gratavit quod dicti monachi habeant dominium hominum de Villa Oren et de Esguaures si a dominis feodi poterunt impetrari ; et si dicti monachi aliquas misias vel expensas fecerint in garantizando vel deffendendo terras et decimas contra aliquem vel aliquos per pacem vel placitum, predictus Bertramnus tenetur super omnibus bonis suis eisdem monachis reddere ad taxacionem seu dictum abbatis de Boquian qui tunc temporis extiterit abbas ; etc. Datum mense aprili, anno gracie M° CC° LX°.
(*Copie du 9 mai 1656, par Guillaume Gautier, prieur de S*t*-Aubin.*)

CCXXVII.

Aveu de Robert de St**-Quenoas à l'abbaye.**

Universis, etc., Johannes, vices gerens archidiaconi Macloviensis, salut. in Dom. Noveritis quod in jure coram nobis constituti Robertus de Sancto Quenoas et Petrona ejus uxor, Johannes eorum filius primogenitus, et Johanna soror predicte Petrone, recognoverunt se tenere tanquam a domino feodali, a viris religiosis et honestis abbate et conventu Sancti Albini, Cist. ord., et eorum monasterio, quicquid juris possessionis, proprietatis et libertatis ipsi habebant et habere poterant, aut debebant, in terra Dinanni, in feodo Castri de Lehonio, ex successione seu caduco Guillelmi filii quondam Radulphi de Blohem et Johanne ejus uxoris defunctorum ; et tenentur et concesserunt dicti Robertus, et uxor, et eorum filius, et Johanna, obedire dictis religiosis et eorum monasterio pro se et heredibus suis de rebus predictis tanquam domino suo feodali ; ad que premissa tenenda et fideliter adimplenda, etc. Datum mense decembris, anno Domini M° CC° LX°. 1260
(*Cart. 86.*)

CCXXVIII.

Donation de Alain Lovel, de Lalandec.

Universis, etc., Hamo Lovel, miles, salut. in Dom. Noveritis 1260
quod ego assignavi abbati et conventui de Sancto Albino, Cist. ord., Brioc. dyoc., dimidiam minam frumenti ad mensuram venalem Dynanni percipiendam annuatim, infra natale Domini, in feodo Roberti

Girart de la metayerie in parrochia de Lanandec, Dolensis dyoc., per manus dicti Roberti, vel illorum qui dictum feodum possiderint, sine aliquo servicio vel redevancia in perpetuum possidendam, quam ex donacione predecessorum meorum debebam monachis supradictis. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras predictis monachis dedi sigillo meo sigillatas, cum assensu dicti Roberti qui se de dicta dimidia mina frumenti pro se et heredibus suis et successoribus, erga dictos monachos, attornavit. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo, mense marcii (1). *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CCXXIX.

1261 *Jeudi après* Invocavit me. — *Charte française par laquelle Bertrand Rabel, « de Borsoult », reconnaît devoir à l'abbaye « seys boissiaux de » saille, mesure de Plancoyt », sur un tenement, situé en Bourseuil, et cela par suite d'une donation de ses ancêtres. (Arch. des Côtes-du-Nord, d'après un vidimus donné en 1358 par l'archidiaconé de Penthièvre.)*

CCXXX.

Gilles Leport se donne à l'abbaye.

1261 Universis, etc., Egidius Leport, salut. in Dom. Noveritis me dedisse me et concessisse ad mortem et vitam abbacie Sancti Albini, Cist. ord., et equum meum, et equam, et lectum meum, et terram meam de Tregleden, sitam in parrochia de Ploebole, cum assensu et bona voluntate Haguisie uxoris mee, in puram et perpetuam elemosinam pacifice possidendum. In cujus rei testimonium et munimen feci, ad preces meas, in sigillo domini Willelmi Cope, capellani de Pleherel tunc temporis, et in sigillo domini Willelmi Hydous, presbiteri, presentes litteras sigillari. Actum die lune ante festum beati Luce evangeliste, anno Domini M° CC° LX° primo. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CCXXXI.

Donation de Pierre Mahé, en Pléhérel.

1261 Universis, etc., Eudo, archidiac. Penth., salut. in Dom. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Petrus Mahei dedit et concessit abbacie Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., in puram et perpetuam elemosinam, quoddam prebendarium frumenti et dimidium, et tres denarios; quod prebendarium et dimidium et quos tres denarios dicti monachi debebant annuatim dicto Petro, ut dicebat, pro terra dictorum monachorum sita a Lasaie, et in Villa Perou, seu alibi in parrochia de Pleherel, dicte dyoc; etc. Actum anno Domini M° CC° sexagesimo primo. *(Cart. 39. — Cab. Cornillet.)*

(1) Une note au dos indique qu'il s'agit du « Tertre-Isar, es fief du Chalonge », en La Landec. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CCXXXII.

Donation d'Ol. et de G. Papebeuf, en Pléhérel.

Universis, etc., Eudo, archidiac. Penth., salut. in Dom. Noveritis quod, in nostra presencia constituti, Oliverius dictus Papebeuf et Gaufridus filius ejus primogenitus, concedunt et concesserunt viris religiosis abbati et conventui de Sancto Albino, Cist. ord., Brioc. dioc., in puram et perpetuam elemosinam, unum prebendarium frumenti et duos denarios; quod prebendarium et quos duos denarios dicti religiosi dictis Oliverio et Gaufrido debebant annuatim solvere racione terrarum suarum de la Hasaie, seu aliarum terrarum sitarum in parrochia de Pleherel; etc. Actum anno Domini M° CC° LX° primo. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cab. Cornillet. — Cart. 102 et 39.*) 1261

CCXXXIII.

Donation de G. de Farina, en St-Sulliac.

Universis, etc., Johannes de Bosco, miles, salut. in Dom. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Guillelmus de Farina, armiger, vendidit abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., partem campi sui siti juxta viam que ducit apud Villam monialium, et siti juxta vineam predictorum abbatis et conventus ad longitudinem dicte vinee, cum assensu et voluntate filii sui primogeniti, et uxoris ejusdem Guillelmi. Et hoc factum fuit, bannis factis, vantis solutis, et omnibus aliis que ad vendicionem pertinent, secundum usum et consuetudinem patrie, rite pactis. Ego vero dictam vendicionem ratam habeo, et concedo predictis abbati et conventui dictam partem predicti campi quitam et liberam, salvis redditibus et auxiliis que omnia predicta dicti Guillelmus et Radulfus et heredes eorumdem curabunt mihi et meis reddere super alio suo feodo quantum a me tenent; etc. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo primo. (*Arch. des Côtes-du-Nord.— Cart. 122.*) 1261

CCXXXIV.

Confirmation d'un don en Quintenic.

Universis, etc., Stephanus Lecrochu, armiger, salut. in Dom. Noveritis quod ratam habeo et gratam donacionem quam pater meus Gaufridus Lecrochu, miles, fecit religiosis viris abbati et conventui de Sancto Albino, Cist. ord., de omni decima sua apud vilam Salemonis sita in parrochia de Quintenit, Brioc. dioc., perpetuo pacifice possidenda. Promisi autem, per juramentum meum, quod contra hujus modi donacionem per me vel per alium non veniam in futurum; in cujus rei testimonium et munimen presentes licteras in sigillo venerabilis viri Eudonis archidiac. Penth., et religiosi viri Rollandi prioris de Henantsal tunc temporis, dictis monachis, ad preces meas, tradidi sigillatas. Datum anno Domini M° CC° LX° primo. (*Cart. 176.*) 1261

CCXXXV.

Donation de Geoffroi Martel, en Hénansal.

1261 Omnibus, etc., Thomas dictus Menasac, armiger, tunc temporis dominus feodalis in terra domini Guillelmi de Cadellac, militis, sita in parrochia de Henansal (1), salut. in Dom. Notum vobis facimus quod Gaufridus Martel, armiger, in nostra presencia constitutus, dedit et concessit coram nobis, pro anima patris sui et antecessorum suorum, in puram et perpetuam elemosinam, religiosis viris abbati et conventui Sancti Albini, Cyst. ord., Brioc. dyoc., terciam partem quarterii de Reinonet, siti in parrochia de Henansal, sub dominio nostro; et quicquid juris et dominii idem Gaufridus Martel habebat in illa tercia parte quarterii de Reinonet, totum pro toto; et unam justam frumenti, ad mensuram de Limite Calciato, quam Guillelmus Cochart reddebat quolibet anno eidem Gaufrido Martel de illa tercia parte quarterii de Reinonet, tanquam de suo proprio hereditagio, videlicet de mengerio de Natali. Concesserunt eciam coram nobis prenominati religiosi abbas et conventus dictam terciam partem quarterii de Reinonet eidem Guillelmo Cochart et ejus heredibus garantizare contra omnes, reddendo eisdem quolibet anno dictam justam frumenti de elemosina supradicta; recognoverunt eciam coram nobis prenominati religiosi quod se tenebant et tenuerunt omnino propagatos, a dicto Gaufrido Martel, de omnibus arreragiis que eis debebat de elemosina supradicta; juravit eciam coram nobis dictus Gaufridus Martel quod in illa tercia parte quarterii de Reinonet, et in dictis justa frumenti et dominio, et in dicta elemosina, nihil juris de cetero reclamabit nec per se, nec per alium faciet reclamari; etc. Datum anno gracie Mº CCº LXº primo. *(Cart. 152.)*

CCXXXVI.

Accord avec Geoffroi de Motis, en Hénansal.

1262 Universis, etc., Eudo, archidiac. Penth., salut. in Dom. Noveritis quod cum contencio verteretur coram nobis, inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cyst. ord., Brioc. dyoc., ex una parte, et Gaufridum de Motis ex altera, super quadam terra que vocatur la terre Joceaume, sita in parrochia de Henantsal; tandem, post multas altercaciones, labores et expensas, fuit compositum inter partes in hunc modum : si quidem dictus Gaufridus tunc dimittet dictis religiosis dictam terram in perpetuum pacifice possidendam, quitam, et liberam ex omni exactione et redibencia; etc. Actum mense Augusti, anno Domini Mº CCº LXº IIº. (*Cart. 148; charte biffée.*)

(1) Nous ferons remarquer, en passant, cet écuyer, seigneur féodal dans la terre d'un chevalier; nous y reviendrons en traitant de l'état des personnes.

CCXXXVII.

Touchant la juridiction de l'abbaye.

Cum nos inhiberi feceramus domino Guillelmo de Sancto Dongualo, et domino Gaufrido Tornemine, militibus, ne traherent, nec vexarent, nec perturbarent religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, ord. Cist., in foro seculari coram senescallo Pentheurie, quin possint exercere juridictionem suam de quodam homine suo commorante in villa que vocantur Lapacherie ; qui homo accusabatur de morte filii Rozaut, alioquin excommunicarentur nisi justam causam allegarent quare impediebant seu impedire faciebant quin dicti religiosi ne possent exercere jura domus sue de dicto homine super predictam mortem, ad quam probandam comparerent coram nobis apud Mont Contor die lune post *Oculi mei*. Dicta die, dicto abbate pro se et conventu suo comparente, et Petro de Karhuhel, presbitero, pro dictis militibus similiter comparente et cavente, pro quolibet ipsorum, ad penam sexaginta solidorum de rato contra dictos abbatem et conventum ; qui presbiter juravit reddere dictam penam nisi predicti milites haberent racionem ; et concessit coram nobis in jure quod predicti milites cessarent et cessabunt de trahendo predictos abbatem et conventum et vexando in foro seculari, et impediendo quin possint exercere juridictionem suam de dicto homine super predicta morte ; ad quam concessionem ratam habendam et tenendam predictos milites presentes per sepedictum presbiterum et consencientes ad penam supradictam sentencialiter in scriptis condempnamus. Datum die lune supradicta de consensu dicti procuratoris anno Domini M° CC° LX° secundo. (*Cart. 167.*) 1262

CCXXXVIII.

Acte de mariage de Geoffroi Le Goz et de Suzanne Musart.

Viro religioso et honesto fratri Johanni abbati Sancti Albini, Cist. ord., Eudo, presbiter de Sesson, salutem et eternam in domino caritatem. Notificamus vobis, et testificamus, quod nos benedictiones nupciales celebravimus inter Gaufridum Le Goz et Suzannam filiam Willelmi Musart, matrem Johanne quondam uxoris Aufredi generis dicte Suzanne. Istis presentibus domino Lenouel presbitero, Gaufrido Riel, et Willelmo Bara ; et hoc vobis significamus. Presentes litteras istas sigillo nostro sigillavimus ; valete in Domino. Anno Domini M° CC° LX° tercio. *(Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 103.)* 1263

CCXXXIX.

La fille de G. Le Goz donne sa personne et ses biens.

Universis, etc., Nicholaus dictus Salet, presbiter de Plurian tunc 1263
temporis, salut. in Dom. Noveritis quod, in mea presencia constituta,

Johanna, filia Gaufridi Le Goz, dedit se et sua mobilia et immobilia, cum assensu et bona voluntate Aufredi mariti sui, abbacie et conventui Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., et omnia que habere poterat ex hereditate Gaufridi Le Goz, patris sui, tam in hiis que in sua sesina erant quam in hiis que non erant; et comisit filium suum predictis abbati et conventui nutriendum, et omnia bona sua, presentibus Johanne Teher, Johanne Landebia, Colas Landebia, et Petronilla uxore sua, Johanne Le Bolongier, Guillelmo Coqu, Basin, Johanne nepote, Oren filia Johannis Rogon. In cujus rei testimonium; etc. Datum anno Domini M° CC° LX° tercio, in festo Sanctorum Innocencium (1). (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 42 et 103.*)

CCXL.

Testament de Geoffroi Tournemine.

1264 Universis, etc., Symon, miseracione divina episcop. Brioc., salut. in Dom. Noveritis quod nos testamentum Gaufridi Tornemine, quondam militis, sigillatum sigillo suo et sigillis Petri Tornemine filii ejus primogeniti, abbatis de Bochian, abbatis de Sancto Albino, Radulphi de Bello Nemore et Gaufridi Dolou, militum, executorum dicti testamenti diligenter inspeximus sub hac forma: — In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Gaufridus Tornemine, miles, compos mentis mee, pro salute anime mee condo testamentum meum in hunc modum. In primis volo et precipio quod omnia debita mea integre persolvantur, et quod emende mee fiant usque poterunt probari competenter; item volo et precipio inprimis quod heredibus hominum de Corron qui interfecti fuerunt fiat emenda cum consilio executorum meorum. — Item pro domibus succensis apud Plancoit similiter fiat emenda, et de aliis rebus perditis in guerra de Plancoit. — Item Oliverio filio Oliverii Daniel fiat emenda usque ad XX libras. — Item heredibus Fabri de Fugerai fiat emenda usque ad X libras. — Item heredibus illius hominis qui interfectus fuit apud Coitiagu fiat emenda. — Item ecclesie beati Petri Rome viginti quinque libras. — Item ecclesie Sancti Albini, Cisterc. ord., C solidos. — Item heredibus Johannis Lecort, X libras. — Item Oliverio Papebef, C solidos. — Item sorori magistri R. Brunel fiat emenda. — Item Villelmo Heloini et sociis ejus reddo molendinum suum et Hamoni de Karrigel unicuique jus suum. — Item Guillelmo Helouri fiat emenda. — Item heredibus Eveni Fabri fiat emenda usque ad X libras. — Item Gaufrido Herzardel centum solidos vel magis. — Item magistro Hospitalis de Pludelia, centum solidos. — Item heredibus Guillelmi Prepositi de

(1) Cette charte fut confirmée en 1267 par Jean Rogon, écuyer, dans le fief duquel se trouvait la villa de Labiguerie, près du Chemin-chaussée, et qui était comprise dans cette donation. (*Arch. des Côtes-du Nord.—Cart.* 103.)

Yvias fiat emenda. — Item relicte Guillelmi Audreni, LX^ta solidos. — Item Rollando de Pleven et Margilie sorori mee reddidi terram suam et de dampnis eisdem illatis emendetur sufficienter. — Item heredibus Rollandi Rogon reddo terram suam si voluerit emendare mortem Gaufridi Teofanie. — Item volo quod fiat communis restitucio per totam terram meam vel alibi utque in aliquo forsifeci.— Item Gaufrido Lacoe fiat emenda.— Item capellanie de Lesbernoit (*ou* Lescoit) unum calicem quem habui de ipsa. — Item Templariis (1) unam loricam et ocreas. — [Item Hospitali unam loricam et ocreas] (2). — Item volo et precipio quod ipsa fortiagia et auxilia que levavi et posui in parrochia de Pludelia et de Pleven, et de Pleherel et alibi, penitus dimittantur, salvis auxiliis que de jure debentur. — Item volo quod pax que facta fuit inter me ex una parte et abbatem et conventum Sancti Albini ex altera inviolabiliter teneatur prout in cartis suis et nostris continetur. — Item reddo Alano de la Soraie terram suam et eidem emendetur. — Item reddo filie Aucorine jus suum tale quod habebat in nemore juxta la Hersardie et delenatis ad dictum executorum. — Item Radulfo de Castellario reddo terram suam et eidem emendetur. — Item volo quod maritagium suum fiat domino Radulfo de Bello Bosco usque ad XII libratas (3) terre nisi habuerit, et post mortem uxoris domini Johannis Prepositi fiat eidem satisfactio usque ad sexaginta solidatas terre, et eidem fiat satisfactio de maritagio suo ad dictum executorum de levatis et pactionibus matrimonii. — Item reddantur abbacie Belli Loci arreragia sua molendinorum de Plancoit a tempore quo habui ipsos. — Item hominibus de Pleherel reddo ad commune terram de qua contencio fuit inter me et dominum Alanum Goyon et suos ad consuetudinem patrie. — Item reddo sepem (4) Martin Rollando Bertolomei et Hamoni Hanguel et suis. — Item reddo Chavin et suis nemus suum tenendo ab heredibus meis. — Item reddo Gaufrido Jual et suis sociis partem suam illius Broce (5). — Item reddo cuidam militi de Francia XX libras pro quodam equo quem habui ab ipso minus juste apud Cloeyam. — Item volo quod heredibus hostellarii de Chimino Calciato et uxori ejus emendetur. — Item volo quod Rollando Perdriel et uxori Auril emendetur. — Item volo quod Oliverius filius meus habeat tres palefridos meos et loricam meam et ocreas. —

(1) Les Templiers se trouvent rarement nommés dans nos chartes, quoiqu'ils eussent des biens considérables dans ce pays.

(2) Ce legs, indiqué dans des copies assez modernes, ne figure pas dans le texte du cartulaire de St-Aubin : nous pensons que c'est une interpolation.

(3) Pour cette mesure de terre, peu usitée en Bretagne, et que l'on croit d'origine saxonne, voir notre tableau des anciennes mesures.

(4) *Sepem* peut s'entendre d'un terrain clos ou de halliers.

(5) Se dit d'une portion de bois.

Item de equitatura (1) de Bocigne, si aliqui conquesti fuerint, emendetur. — Item volo quod emendetur Regi de Pleherel. — Item A. Pervostel, VI libras. — Item cuidam homini de Sancto Brioco de quo habui novem libras emendetur. — Item reddo garaniam de Pleherel illis quibus pertinet [et emendetur eis de venditione quam feci]. — [Et de equitatu de Landebia et de Sancto Boco emendetur.] — Item volo pro me et pro Jul. uxore mea ecclesie de Pludelia supra decimis meis du Giler, due mine siliginis assignentur pro duobus torticiis (2) ad levacionem corporis Jhesu Christi. — Item domino Garniero de Mile quindecim libras pro equo suo. — Item ecclesie beati Guillelmi Briocensis vestimenta et calicem. — Item fratribus ecclesie fratrum Minorum septemdecim libras et decem solidos quos eisdem debeo de testamento uxoris mee et domini Galesii de Plurien. — Item debeo Coquo sex libras pro avena sua. — Item pro dampnis Sancti Gerani pauperibus emendetur. — Item volo quod hominibus Menasac emendetur. — Item volo quod viginti quinque libre ubicunque frater Oliverius vel frater Julianus dixerint persolvantur. — Item volo quod arreragia frumenti que debentur abbacie de Bochian super molendinis de Plancoit reddantur. — Item volo et precipio quod illud quod debetur de testamento Juliane uxoris mee integre persolvatur. — Item volo quod abbaciis de Bochian et de Sancto Albino duos calices de viginti libris dentur pro duabus cupis meis. — Item filio Cochart de Henantsal, centum solidos. — Item precipio quod illud quod accepi de testamento domini Rollandi de Sancto Donguallo integre persolvatur. — Item volo et precipio quod legata mea erogentur usque ad quingentas libras prout executores testamenti mei viderint expedire, exceptis debitis meis et emendis reddendis et faciendis. — Item reddo uxori domini Johannis Prepositi decimam de Plenet pro dote sua vita comite possidendam, et post mortem ipsius ad portam Sancti Albini cum consilio prioris Sancti Spiritus de Pludelia et famulis de la Hunaudaes pauperibus erogetur, usque ad XX^ti annos proximos post datam hujus testamenti, elapsis illis viginti annis heres meus dictam decimam rehabeat, prius tamen persolutis sexaginta libris ad dictam elemosinam in perpetuum faciendam; et si heres meus intra illos viginti annos escambium voluerit facere competentem de decima supradicta illam rehabeat ad consilium executorum meorum quos constituo tales : dominum abbatem de Boquian, dominum abbatem de Sancto Albino, fratrem Oliverium Tournemine,

(1) Ces chevauchées ou incursions à main armée, la guerre de Plancoët, la paix signée avec une abbaye disent assez combien la violence et le désordre régnèrent ici pendant la seconde moitié du XIIIe siècle.

(2) *Torticiis*, torches.

dominum Radulfum de Bello Bosco, dominum Guillelmum de Rupe, dominum Gaufridum Dolou, milites; ita quod si omnes ad hoc exequendum non poterint interesse, duo illorum militum cum consilio abbatis de Boquian faciant quod viderint faciendum. Hoc autem testamentum meum Petrus filius meus primogenitus et milites supradicti juraverunt tenere et inviolabiliter observare; in cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigillo meo sigillavi. — Item lego ad fabricam ecclesie fratrum minorum Dinanni Lª libras, et omnibus domibus fratrum minorum et predicatorum in Britannia, unicuique domui, septuaginta solidos, excepta domo fratrum Redonensium cui lego decem libras. — Item omnibus abbaciis Cisterc. ord. in Britannia constitutis unicuique septuaginta solidos. — Item abbacie Sancti Albini lego sexaginta libras ad redditus emendas pro una capellania facienda pro me et meis. — Item abbacie de Boquian, XL libras ad redditus emendas. — Item omnibus capellanis Brioc. dioc. unicuique XV denarios. — Item Petronille filie domini de Bello Bosco ad eam maritandam per manum abbatis de Boquian, triginta libras. — Item Sibille sorori Dollou, XX libras. — Item Nicolao clerico de Touscha, XX libras. — Item Johanni Droes clerico, X libras. — Item Matilde de Tregomar, X libras. — Salomoni, C solidos. — Rollando Pistori, C solidos. — Amelie, C solidos — Aufredo, C solidos. — Cordelie, LX solidos. — Joanni famulo canonici, LXXX solidos. — Talibus clericis per manum abbatis de Boquian unicuique, XX solidos. — Oudoni Daoust, XL solidos. — Johanni filio Olanne, C solidos. — Uxori Guillelmi Gervasie, IV libras. — Apud Villelmum le Covine, LX solidos. — Ecclesie de Tregomar pro vestimentis, XL solidos. — Abbacie Sancti Albini pro vestimentis, XL solidos. — Thome Berigou, C solidos. — Matildi filie Odie, XL solidos. — Item capitulo de Cisteaux, C solidos. — Socularibus (1) et tunicis, LX libras. — Abbacie Belli Loci, C solidos. — Abbacie Sancti Georgii Rhedonensis, C solidos. — Et si aliquid residuum fuerit per manus executorum meorum pauperibus erogetur prout viderent expedire. — In cujus rei memoriam has litteras sigillo meo et sigillo Petri, filii mei primogeniti, qui dictum testamentum juravit tenere et servare, et sigillis executorum meorum predictorum feci sigillari ad majorem roboris firmitatem. Datum die martis ante festum beati Barnabe apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto. (*Cart. 14.*)

CCXLI.

Droit d'usage dans une carrière en Pléhérel.

Universis, etc., Oliverius Choas, armiger, filius Rollandi Choas, 1264

(1) *Socularibus* pour *socculis*.

militis, etc. Noveritis quod ego, pro salute anime mee et antecessorum meorum, dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam abbacie Sancti Albini, Cist. ord., et monachis ibidem Deo servientibus, usuagium suum et hominibus eorum manentibus apud Pleherel in perraria de Landa-Minon ; et in dicta landa nichil mihi vel meis in dicto usuagio retinens preter retribucionem eternam. Teneor eciam dictum usuagium dictis monachis et eorum hominibus manentibus apud Pleherel deffendere et garantizare de meis et mihi pertinentibus quoquomodo ; etc. Datum anno Domini M° CC° LX° quarto, kal. decembris. *(Cart. 39.)*

CCXLII.

1264 *André, évêque de St-Brieuc, fait connaître que, à la suite d'une discussion entre St-Aubin d'une part et Guillaume de Yvias, chevalier, et Pierre son fils, au sujet des rentes de terres sises en Pléherel, est intervenu un accord par lequel les moines s'engagent à payer à Guillaume et à ses héritiers quatre deniers par an* pro mangerio quarterii Ville Robelin, *le jour de la Nativité de N.-S. : faute de paiement ils devront le double*, nec ante dictum terminum poterit nanneare : *plus 2 s. et 9 d. à la Toussaint, pour les terres qu'ils ont dans le fief de Guillaume, à peine du double, faute de paiement*, et propter hoc poterit nanneare si voluerit, et tenebitur dictus Guillelmus vel sui heredes nanna reddere cum census fuerit dupplicatus prius expensas racionabiles persolvendo. (*Cab. Cornillet.*)

CCXLIII.

Jugement rendu contre Guillaume de St-Denoual.

1264 Die veneris post festum beati Dyonisii, concessit in jure coram nobis, apud Lambalum, Guillelmus de Sancto Denoallo, miles, ad dictum nostrum, reddere viris religiosis abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., expensas factas in licte que vertebatur inter ipsos religiosos ex una parte, et dictum militem ex altera, super decimis sitis in Villa Gestin, et in Luparia, videlicet in parrochia de Henant-bihan ; in qua causa dictus miles, judicio mediante, sucubuit ; ad quas expensas reddendas dictum militem presentem et consencientem in scriptis sentencialiter condempnavimus. Datum anno Domini M° CC° LX° quarto. (*Cart. 197.*)

CCXLIV.

Donation de Lucas de la Roncière, en St-Germain.

1265 Universis, etc., Lucas de Roncereia, miles, etc. Noverint universi quod ego dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam, pro remissione peccatorum meorum et Olive uxoris mee, quemdam campum situm in parrochia Sancti Germani, de terra que dicitur Foachez, religiosis viris abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., sibi et suis successoribus perpetuo et pacifice possidendum ; quem vero cam-

pum ego et dicta Oliva comparavimus a Gueguone dicto Borneez; hec autem donacio facta fuit cum assensu et voluntate filiorum meorum Johannis militis, et Durandi et Alani, armigerorum; etc. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo quinto. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 205.*)

CCXLV.

Donation de Denise et Gilette Du Bois, en Quintenit.

Universis, etc., Alanus de la Soraie, armiger, etc. Noveritis quod 1267 in nostra presencia constituta Dyonisia, filia quondam Johannis de Bosco, et Egidia soror sua, de voluntate et assensu Johannis Britonis mariti dicte Dyonisie, totam terram suam de Bosco Garetel, in parrochia de Quintenit, in feodo meo sitam, se ipsas jure hereditario contingentem seu contingere debentem, et pratum juxta eamdem terram situm, viris religiosis abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., in puram et perpetuam elemosinam contulerunt; etc. Datum anno Domini M° CC° LX° septimo, mense octobris (1). (*Cart. 74.*)

CCXLVI.

Jugement au sujet d'une terre en Hénanbihen.

Universis, etc., frater Guillelmus dictus abbas de Boquian, etc. 1267 Noveritis quod cum contencio verteretur inter abbatem et conventum Sancti Albini de Foresta, Cist ord., ex una parte, et Hamonem Garande ex altera, super eo quod dicti abbas et conventus dicebant quod Egidius quondam dictus Monachus, quandam partem terre sue, site in parrochia de Henantbihan, continentem circa quatuor jugera terre, eisdem in perpetuam elemosinam dederat quictam et liberam ab omni debito, exactione et redevencia; ita quod alia terra ipsius sita prope illam elemosinam redditu toto seu redevencia utriusque terre onerata seu obnoxia remaneret. Dictus vero Hamo, qui aliam dictam partem terre ab ipso Egidio emerat, in qua Bertrannus Garande mansionem habet ad presens, a contrario asserebat quod predicta terra dictis abbati et conventui com onere partis redditus seu redevencie se contingentis donata fuerat ab Egidio supradicto. Tandem in nos compromisserunt amicabiliter dicte partes, promittentes se dictum nostrum, seu arbitrium, super premissis, veritate inquisita, irrefragabiliter servaturos. Nos vero, veritate à fiddignis sollicite inquisita, et diligenter comperta, dicto Hamoni super premissis silencium perpetuum duximus imponendum, dictam terre partem elemosinate dictis abbati et conventui quittam et liberam redditu debito seu redevencia adjudicantes; et dictus Hamo super predictam quam possidet redditum seu

(1) Cette donation est confirmée par un acte semblable de l'archidiacre de Penthièvre.

redevenciam totam utriusque partis terre domino feodali reddere tenebitur in futurum ; etc. Datum anno Domini M° CC° LX° septimo, die veneris ante Ascensionem Domini (1). *(Cab. Cornillet.)*

CCXLVII.

1268 *Jeudi après la fête Ste Pierre et Paul. — Eudes, archidiacre de Penthièvre, fait savoir que* Floria, *veuve de Guillaume Blondel, a donné à St-Aubin un champ de terre labourable sis dans la paroisse de* Arqueio *(Erquy)*, in villa de Sancto Quarroco, inter domum Esclanchier et Molendinum ad aquam. *(Cab. Cornillet.)*

CCXLVIII.

G. de Hillion confirme une donation.

1268 Universis, etc., Guillelmus de Hylion, armiger, dominus feodalis, etc. Noverint universi quod ego concedo et ratam habeo donacionem quam Bertrannus Fremin dedit abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., videlicet de quodam campo qui vocatur Campus de Noa Curet; quod campum idem Bertrannus dedit in elemosinam perpetuam, dono et concedo dictis abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., in perpetuam elemosinam, etc. Datum anno Domini M° CC° LX° octavo, mense decembris (2). (*Cart. 158.*)

CCXLIX.

Donation en Quintenic.

1269 Universis, etc., Eudo, archidiac. Penth., etc. Notum sit omnibus quod, in nostra presencia constituti, Gaufridus Roberti et Johanna filia Petri Dyonisii, ejus uxor, de parrochia de Quintenit, concesserunt et irrevocabiliter dederunt, in puram et perpetuam elemosinam, totum pro toto, viris religiosis et honestis abbati et conventui Sancti Albini, Cist, ord., quicquid juris, proprietatis et possessionis ipsi Gaufridus et Johanna habebant, vel habere poterant aut debebant, in quadam platea terre continente dimidium jugeris, situm in parrochia de Quintenit, juxta herbergamentum Johannis dicti le Potier, a qua platea illud herbergamentum fuit separatum seu partitum, juxta leprosariam in feodo de Jarril, sub dominio Alani de la Sorae, armigeri; et attornaverunt dicti Gaufridus et Johanna totum redditum et servicium quod de dicta platea debebant super terram suam sitam inter villam de Quintenit et viam de Torrent, in feodo et dominio

(1) Le samedi après la St-Nicolas d'hiver 1272, Pierre, évêque de St-Brieuc, et Eudes, archidiacre de Penthièvre, rendent un jugement dans le même sens : dans cette charte on apprend seulement que la terre en litige était sous le fief de Guillaume de St-Denoual, chevalier ; et qu'elle était libre « omni exactione, angaria, tallia et redevencia ». *(Cab. Cornillet.)*

(2) Scellé du sceau de Olivier de Hillion, chevalier, Guillaume n'en possédant pas.

Alani predicti ; etc. Actum et datum, de consensu dictorum Gaufridi et Johanne presencium coram nobis in jure, anno Domini M° CC° LX° nono, die jovis post octavas Purificacionis beate Marie Virginis. (*Cart. 168 et 169. — Cab. Cornillet.*)

CCL.

G. de St-Dènoual confirme des donations.

Universis, etc., Guillelmus de Sancto Donoalo, miles, etc. Noveritis quod ego volo et irrevocabiliter concedo quod viri religiosi abbas et conventus Sancti Albini, ord. Cist., quite et libere teneant et possideant in futurum, absque aliqua exactione, redditu vel redevencia, quoddam campum situm in feodo Gorhandaie, in parrochia de Sancto Donoallo, juxta terram que fuit quondam Gaufridi Le Gras ; quem eis in perpetuam contulit elemosinam Gaufridus filius Roaudi. Volo et concedo irrevocabiliter quod dicti religiosi, absque aliqua exactione, redevencia, sine jure meo, libere et quiete teneant et possideant in futurum terram quam eis quondam in elemosinam dedit, seu escambiavit, sicut ipsi dicunt, Egidius dictus Monachus, sitam juxta mansionem Bertranni Garende, in parrochia de Henanbihan, continentem circa quatuor jugera terre : ita tamen quod dicti religiosi annuatim, in Nativitate Domini, solvent seu solvi facient mihi et heredibus meis redditum qui de dicta terra mihi solvi consuevit, vel solvi debuit in festo predicto ; alioquin emendam nanneare potero in terra predicta ; jus aliud in eadem terra nullatenus reclamando ; etc. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo nono, mense Marcio. (*Cart. 108.*) 1269

CCLI.

Mardi après St-Grégoire. — Eudes, archidiacre de Penthièvre, mande aux recteurs de Henanbihan, Plancoit *et* Quintenit, *d'assigner devant lui, le vendredi après l'Annonciation, à Lamballe, après avertissement préalable, Geoffroi de Montfort, écuyer, fils et héritier de Marguerite de Plancoët, qui se refusait à exécuter le testament de celle-ci* (1). (*Cart. 223. — Mél. hist. et arch. 2e cah. 144.*) 1269

CCLII.

Samedi après St-Vincent. — Simon, évêque de St-Brieuc, fait savoir qu'il a lu dans le testament original de feu Geoffroi, Sr de la Soraie, chevalier, la clause par laquelle ce seigneur donnait à l'abbaye tout ce qu'il pouvait posséder sous le fief et le domaine du monastère. (*Cart. 171.*) 1269

CCLIII.

Donation dans la rue Neuve, à Dinan.

Universis, etc., Gaufridus, Macloviensis archidiaconus, etc. Nove- 1269

(1) La note *non valet*, mise en marge du cartulaire, indique que Geoffroi se rendit, et qu'aucune suite ne fut donnée à cette affaire.

rint universi quod coram nobis in jure constituta Johanna, relicta Guillelmi de Blohen, non coacta, nec vi nec metu ad hoc inducta, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam religiosis viris abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., et monachis ibidem Deo et beate Marie servientibus, quicquid juris, possessionis, et proprietatis ipsa habebat vel habere poterat in quodam tenemento sito in Roeria Dynanni in vico novo, in parrochia Sancti Salvatoris de Dynanno : quod Galterus dictus le Das quondam tenebat, et adhuc tenet in parte ; et quod tenementum predicta Johanna, et maritus ejus dum viveret, quondam emerunt a Petro dicto Pichon ; etc. Actum die sabbati post festum beati Jacobi apostoli, anno Domini M° CC° sexagesimo nono. (*Cart. 80.*)

CCLIV.

Accord avec Geoffroi Le Porc, de Pléhérel.

1269 Universis, etc., Eudo, archid. Penth., etc. Noveritis quod in nostra presencia constitutus in jure Gaufridus dictus Porcus, de parrochia de Pleherel, voluit et irrevocabiliter concessit, et fideliter tenere promisit quod viri religiosi abbas et conventus Sancti Albini, Cist. ord. habeant et possideant in futurum, pacifice et quiete, quandam terram sitam in parrochia de Plobole, continentem quatuor jugera terre ; quam terram Egidius, quondam dictus Porcus, eisdem religiosis in puram et perpetuam elemosinam contulerat, ut dicitur ; super qua terra inter dictum Gaufridum et dictos religiosos fuerat contencio diu mota, nisi infra instantem Ascensionem Domini dictus Gaufridus dictis religiosis quamdam terram sitam justa Spinam Briencii, in predicta parrochia de Pleherel, continentem circa quinque jugera terre, et terciam partem ejusdem prati ibidem siti liberaverit vel expedierit ab omni jure quod ibidem habent vel habere debent domini feodales, ut dicti religiosi quiete et libere de cetero possideant dictam terram et dictum pratum ; etc. Datum anno Domini M° CC° LX° nono, die jovis ante Ramos palmarum.

CCLV.

1271 *Pierre, évêque de St-Brieuc, confirme à l'abbaye toutes les propriétés et les droits que celle-ci a dans son diocèse.* (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 175.*)

CCLVI.

Engagement de dîmes en St-Cast, par Jean Le Diable.

1271 Universis, etc., Dyonisia, domina de Matignon, etc. Noveritis quod in nostra presencia constitus Johannes, dictus Diabolus, cum assensu et voluntate Guillelmi et Stacie parentum suorum, pignori obligavit cum viris religiosis abbate et conventu Sancti Albini, Cist. ord., omnes decimas sitas in parrochia de Sancto Quasto, videlicet in capella et in medietaria de Senteverguet, prout Jacobus de Matignon

alias titulo pignoris possidebat, pro undecim libris usualibus quas idem Johannes coram nobis recognovit a dictis religiosis in pecunia recepisse, possidendas pacifice et habendas atque colligendas a dictis religiosis annuatim, vel eorum mandato, donec dicta summa pecunie eisdem religiosis ex integre fuerit persoluta. Dedit vero dictus Johannes, cum assensu et voluntate dictorum parentum suorum, dictis religiosis, in puram elemosinam, omnes fructus, exitus et proventus dictarum decimarum quandiu cum eis fuerint obligate; etc. Datum mense novembris, anno Domini M° CC° septuagesimo primo. (*Cart. 196.*)

CCLVII.

Donation de Robert de Pontbriant, en St-Briac.

Universis, etc., Robertus de Ponte-Briencii, miles, etc. Noverint 1271
universi quod ego, spontanea voluntate mea, contuli et concessi in puram et perpetuam elemosinam, pro me et heredibus meis, ecclesie Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., et monachis ibidem Deo servientibus, quicquid juris, possessionis et proprietatis habebam, vel habere poteram in terris seu possessionibus quas Johannes de Valle, et Hamo ejus frater, emerant seu possidebant, racione empcionis, in villa Radulphi, in parrochia Sancti Briaci; et quicquid mihi in dictis terris jure hereditario, tam in dominio quam in omnibus aliis redebenciis competebat; etc. Datum et actum mense januarii, anno gracie M° CC° septuagesimo primo. (*Cart. 91* (1).)

CCLVIII.

Accord avec J. et R. de la Lande, au sujet d'une dîme.

Universis, etc., P. divina permissione Brioc. episcop., et Eudo 1272
archidiac. Penth., in ecclesia Brioc., etc. Noveritis quod cum inter religiosos viros abbatem et conventum monasterii Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., nomine suo et monasterii sui, ex una parte, et Johannem de Landa, militem, et Rolandum ejus filium, ex altera, suborta coram dicto archidiacono fuisset materia questionis super hoc : quod dicti religiosi proponebant in jure, coram dicto archidiacono, contra predictos Johannem et Rolandum, quod cum ipsi religiosi, nomine dicti monasterii sui, essent in possessione vel copia habendi et percipiendi dimidiam minam frumenti, ad mensuram de Matignon annui redditus, super quadam decima sita in parochia de Plevenon, que quidem decima vulgaliter in dicta parochia decima Tresselin nuncupatur; et dictus Johannes, una cum uxore sua defuncta, cujus defuncte predictus filius est heres, dictam decimam per viginti annos detinuissent, et adhuc dictus Johannes, una cum dicto filio suo, dictam decimam detinerent minus juste, et in prejudicium dictorum

(1) Cet acte est passé devant l'alloué du doyen de Poudouvre.

religiosorum et monasterii sui, et contra eorum voluntatem, in cujus dimidie mine frumenti solucione facienda dictis religiosis cessatum fuerat per terminum supra dictum ; et quod predicti miles et ejus filius reddere seu restituere dictis religiosis dictam dimidiam minam frumenti contradicebant contra justiciam, ac eciam renuebant ab ipsis religiosis super hoc pluries et canonice requisiti ; quare petebant dicti religiosi, nomine suo et sui monasterii, predictos Johannem et Rolandum sibi per nos sentencialiter condempnari ad restitucionem plenariam de premissis sibi fieri, una cum arreragiis temporis retroacti, et ad permittendum dictos religiosos in posterum, facta prius restitucione predicta, dictam dimidiam minam frumenti quiete percipere et habere. Tandem, post multas altercaciones, coram nobis devenerunt ad concordiam in hunc modum : quod predicti Johannes et Rolandus ejus filius, cum assensu et voluntate dicti Johannis patri sui, confessi fuerunt in jure coram nobis se dictam decimam possidere, et quod predicti religiosi dictam dimidiam minam frumenti habebant seu habere debebant super dicta decima racione cujusdam donacionis facte a Johanne de Sancto Donoalo, milite defuncto, super dicta decima, qui, tempore dicte donacionis, dictam decimam suo jure hereditario possidebat ; et concesserunt in jure coram nobis obligantes se coram nobis super hoc, ac suos ecciam successores, se dictis religiosis de cetero dictam dimidiam minam frumenti, quolibet anno, ad Natale Domini, super dicta decima solvere pacifice et quiete ; etc. Actum cum fratre Nichola procuratore dictorum religiosorum, anno Domini millesimo ducentessimo septuagesimo secundo. (*Arch. des C.-d.-N.*)

CCLIX.

Engagement d'une dîme en Erquy, par Hamon Piron.

1272 Universis, etc., Eudo, archid. Penth. in ecclesia Brioc., etc. Noverint universi quod, coram nobis in jure constitutus, Hamo dictus Piron, titulo pignoris obligavit cum viris religiosis abbate et conventu Sancti Albini, Cyst. ord., quicquid juris, possessionis vel proprietatis habebat vel habere poterat aut debebat desuper molendino dictorum religiosorum sito apud Sanctum Karrocum, et super molagio, seu molatura, dicti molendini ; et omne aventagium quod habere potest et debet in premissis super una mina siliginis, ad mensuram de La Bollie, quam minam dictus Hamo recognovit se habuisse a dictis religiosis racione dicte obligacionis ; ita quod si dictus Hamo; vel sui, venirent ad molendum in dicto molendino, solverent molaturam seu molagium sicut ceteri qui in dicto molendino solvere sunt assueti, quousque dicta mina siliginis dictis religiosis ex integro fuerit persoluta ; etc. Datum die veneris post Purificationem beate Marie Virginis, anno Domini м° cc° septuagesimo secundo. (*Cart. 27.*)

CCLX.

Juillet. — Eudes, archidiacre de Penthièvre, fait savoir que Guillaume Le Seneschal *de* Dyeudi, *écuyer, reconnaît que, par suite d'une donation de ses ancêtres, il doit à St-Aubin un* quartengium *de froment, mesure de Matignon, à la St-Michel-Montegargano, annuellement, sur une pièce de terre de 2 arpents, sise en* St-Potan, *sous le domaine de* Tremerroc, *au fief de Matignon, dans le lieu dit* le quartier Fouquet, *sous le chemin qui va de* Fons Frigidus *à* Haya terre. (*Cab. Cornillet.*) 1272

CCLXI.

Paix conclue entre l'abbaye et divers particuliers.

Universis, etc., Petrus de Mortella, armiger, senescallus Pentheurie 1272
et Dynanni tunc temporis, etc. Noveritis quod cum nos sequeremur Petrum Lescuyer, Gaufridum fratrem ejus, et Guillelmum dictum Chaton super hoc quod dicebatur quod guerreaverant religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini, Cyst. ord., et eorum homines, et eisdem intulerant plura dampna et deperdita, ut dicebatur, racione dicti guerre; tandem dictis partibus coram nobis presentibus, compositum fuit inter dictas partes in hunc modum; quod predicti Petrus Lescuyer, Gaufridus frater ejus, et Guillelmus Chaton juraverunt coram nobis, super sacrosanctis, quod dictos religiosos de cetero non guerreabunt, seu eorum homines; et si contingeret quod de cetero guerrearent, vel aliquis eorum, et probaretur, ille qui guerrearet, seu aliqui guerrearent, probaretur seu probarentur de dicto forisfacto; et sciendum est quod dicti Petrus Lescuier, Gaufridus frater ejus, et Guillelmus Chaton, satisfecerunt coram nobis de dictis dampnis et deperditis dictis religiosis et suis; et compositum fuit coram nobis inter dictas partes de omnibus contencionibus motis inter dictas partes et que possent moveri usque ad dacionem presencium licterarum, etc.; salvo jure domini comitis Bretannie et saessina. Datum die dominica ante festum beate Katerine virginis, anno Domini M° CC° septuagesimo secundo (1). (*Cart. 148.*)

CCLXII.

Donation de R. de Guenrroy, prêtre, en Plurien.

Universis, etc., Radulfus de Quenrroy, presbiter, etc. Noverint 1272
universi quod ego do et concedo, in puram et perpetuam elemosinam, abbacie Sancti Albini, Cist. ord. Brioc. dioc., et monachis ibidem Deo servientibus, quicquid juris, proprietatis, et possessionis habebam, vel habere poteram et debebam, in terra quam Nicholaus dictus Gordel, nomine firme, colebat vel coli faciebat, sita in feodo de Tremaugon, in parrochia de Plurien; et dictam terram concedo dicte

(1) Il est à remarquer que, dans toutes ces querelles privées, nous n'avons pas encore vu invoquer la paix ou trêve de Dieu.

abbacie et dictis monachis pro salute anime mee et antecessorum meorum ; et de ista donacione, pro me et heredibus meis, dompnum Robertum abbatem dicte abbacie, et fratrem Nicholaum procuratorem dictorum monachorum, nomine conventus, tradicione presencium et saesina investivi, me penitus spoliato ; etc. Datum et actum die veneris ante festum omnium Sanctorum, anno Domini M° CC° septuagesimo secundo. *(Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 100.)*

CCLXIII.

Donation de Havoise Lecuov, de Quintenit.

1272 Universis, etc., Rollandus Le Potier, prior et presbiter ecclesie de Quintenit, etc. Noveritis quod in nostra presencia constituta Havisia, relicta Gaufridi Lecuov, in lecto sue infirmitatis, bone memorie et eciam compos mentis, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam Agathe filie Johannis Bardel et ejus heredibus duo jugera terre arabilis sita coram herbergamento dicte relicte, in parrochia de Quistenit, sub dominio Juhelli de Pleseia tunc temporis, eisdem Agathe et ejus heredibus in perpetuum pacifice possidenda et habenda. Ad quam donacionem faciendam isti erant presentes : Rollandus le Frogloyes, miles, Guillelmus le Potier, et ejus uxor, Rollandus Moysi et Stacia ejus uxor relicta Hervei de Villa Richart, et Willelmus ejus filius, Petrus Pestel et ejus uxor, Johannes magister de Quistenit et ejus uxor, et filia eorum, Gaufridus Rossillol, Rossellus filius Anglici ; etc. Actum die veneris post cineres, anno Domini M° CC° LXX° secundo. *(Cart. 73.)*

CCLXIV.

Donation de Hamon Danebant, en Pléboulle.

1274 Universis, etc., archid. Penth. in ecclesia Brioc., etc. Noverint universi quod, in nostra presencia in jure constitutus, Hamo dictus Danebant confessus est coram nobis se dedisse, et dedit pure et simpliciter, concessit et tradidit coram nobis viris religiosis abbati et conventui Sancti Albini de Foresta, Cist. ord., Brioc. dioc., ac eorum monasterio, in puram et perpetuam elemosinam, pietatis intuitu, et pro anime redempcione ipsius ac salute, quicquid juris, proprietatis, possessionis, dominii et sesine habebat et habere poterat et debebat, totum pro toto, nichil sibi ac suis retinens ex premissis, super quadam pecia terre sita in parrochia de Plobole inter campum Stephani Colas ex una parte et campum Stephani Coceron, acapitantis ante domum Johannis Rippe in clausa Sancti Egidii, juxta hospitale, habenda, tenenda et possidenda a dictis religiosis et eorum successoribus per dictam donacionem de cetero in perpetuum pacifice et quiete : quam donacionem idem Hamo tenetur et concessit garantizare et

deffendere dictis religiosis ab omnibus, et eciam contra omnes, ad usus et consuetudines patrie approbatas ; et tenetur, et concessit coram nobis idem Hamo dictam peciam terre acquitare et deliberare de omnibus redditibus et rediveneiis erga quoslibet dominos feodales, et eos solvere super aliis terris suis ; et dictos religiosos ac eorum monasterium super premissis indempnes servare omnibus, et eciam contra omnes, cessis coram nobis dictis religiosis ac eorum monasterio a dicto Hamone omnibus juris actionibus sibi competentibus et competituris eciam in premissis de quibus idem Hamo coram nobis dictos religiosos, nomine suo ac eorum monasterii, misit in possessionem corporalem per tradicionem presencium litterarum ; etc. Datum die jovis post festum beati Petri ad vincula, anno Domini M° CC° LXX° quarto. G. Venator. (*Cart. 111.*)

CCLXV.

Acquisition d'un mur mitoyen en St-Sulliac.

Universis, etc., Hamo dictus Forlou, armiger, dominus feodalis, etc. Noverint universi quod, coram nobis in jure constituti, Johannes filius Radulphi dicti Fabri defuncti, et ejus mater relicta dicti defuncti, et alii liberi dictorum defuncti et relicte, et Robertus Grapillon et ejus uxor, Lucas Faber et Raginardus dictus Gontier vendiderunt viris religiosis abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dioc., quoddam murum quod situatur inter vineam dictorum religiosorum ex una parte, et vineam que dicitur vinea Fabri ex altera, cum fundo terre quem dictus murus prout se extendit occupat : de qua vendicione predictus Johannes et ejus mater, et liberi, et Robertus Grapillon et ejus uxor, Lucas et Raginardus se tenuerunt penitus propagatos ; et de qua vendicione banna fuerunt facta, et vende persolute, in curia nostra, ad usus et consuetudines patrie approbatos ; etc. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo quinto, mense novembri. (*Arch. des C.-d.-N. — Cart. 85.*) 1275

CCLXVI.

Octobre. — Raoul, vicomte de Dinan, seigneur de la Bellière, fait savoir que Bertrand Nicolai, de la paroisse de « St-Sulin », et Aanor, sa femme, reconnaissent les droits de propriété de l'abbaye sur un arpent, terre et vigne, provenant de l'héritage d'Aanor, situé « in Villa Madeuc », *près de* « Villa Monialium », *en ladite paroisse.* (*Arch. des C.-d.-N.*) 1276

CCLXVII.

Echange de certains biens pour un tonneau de vin breton.

A touz ceux qui cestes letres verront ou orront, Guillaume de la Mote, escuier, en ycel tens séneschal Henri d'Avaugor, escuier, en la terre de Dinan, salu en nostre Seigneur. Sachent touz que par devant 1277

nos en dreit establi Bertram de Tremerreuc, escuier, o l'octreye e o la volenté Joite sa fame e de Raoul lour fuiz aisné, baillerent par nom d'eschange a religious homes e a honestes a l'abbé e au couvent de Saint Aubin, de l'ordre des Cysteaux, e à lour moustier, tout ice que yceux Bertram, Joite e Raoul avoient et poient aveir et devoient de propriété, de dreiture, e de sésine en la paroisse de Saint Bria ; le tot pour le tot a aveir, a remaneir, e aporlair a yceux religious a toz jorz mes, quitement e en paiz, senz contenz que yceux Bertram, Joites, e Raoul, e lours heirs i puissent mestre a touz jorz mes ; e jurerent par devant nos ycelui Raoul mayre de quatorze ans, e ycel Bertram, e ycele Joite, de lour bon gré, non pas perforciez a ice, que en ycele chose devant dite riens ne réclameront ne par eux, ne par autres ne reclamer ne feront a toz jorz mes ; e en eschange d'icele chose iceux religious baillèrent à yceux Bertram, Joite, e Raoul, e a lours heirs, un tonel de vin breton chescun an de rente, que iceux religious avoient chescun an o Gieffrey de Tremerouc de la donaison a ses ancestres, e demée mine de forment que yceux religious avoient chescun an de rente en la paroisse de Plouer souz nostre seignorie ; e quant que yceux religious poaient et devoient avoir de dreiture de propriété e de sesine en ycelle demée mine de forment de rente e en ycelui tonneau de vin de rente a avoir e aporsaeir a yceux Bertram, Raoul e Joite e a lours heirs a toz jorz mes quitement e en paiz senz contenz que yceux religious y puissent mestre ne fere mestre a toz jorz mes. En testemoine de laquel chose e en garnissement nos scelammes ces lestres a la requeste des parties, sauve la dreiture e la sesine Henri d'Avaugor segneur de ycel feu e a toz autres seignors. Ce fut donné ou mois de mars en l'an de grace mil e dous cenz et seixante e deez e seipt ans. *(Cart. 50 et 101.)*

CCLXVIII.

1277 *Juin. — Geoffroi de Montfort et Olivier son frère, chevaliers, engagent à l'abbaye, moyennant 37 livres monnaie, toutes leurs dîmes de* Henant-bihan, *sans terme fixé pour le remboursement. (Arch. des Côtes-du-Nord. Cart. 44 : cet acte y est biffé.)*

CCLXIX.

Vente par Martin et Bertrand Lefébvre, en Pléhérel.

1277 Universis, etc., archid. Pent. in ecclesia Brioc., etc. Noveritis quod in nostra presencia constituti, Martinus Faber de Limite Calciato et Bertrannus ejus filius primogenitus, recognoverunt se vendidisse viris religiosis abbate et conventui Sancti Albini, Cist. ord., quicquid juris proprietatis, possessionis, et sesine habebant et habere poterant et debebant in Carterio Piscis, sito in parrochia de Plcherel, bannis factis, vendicionibus persolutis, et omnibus aliis recte actis

que empcioni et vendicioni debent interesse, secundum consuetudines patrie approbatas; et de precio dicte vendicionis se tenuerunt dicti Martinus, et Bertrannus ejus filius, coram nobis, bene et integre perpagatos; juraverunt, etc. Datum die jovis post festum beati Martini estualis, anno Domini M° CC° LXX° septimo (1). *(Arch. des C.-d.-N.)*

CCLXX.

Vente en St-Sulliac, sous le fief du vicomte de Dinan.

Universis, etc., Radulphus, vicecomes de Dynanno, miles, etc. Noveritis quod, in nostra presencia constituti, Hamo dictus Horlou, armiger, et Johanna ejus uxor, vendiderunt et tradiderunt religioso viro abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., vel eorum monasterio, quicquid juris, proprietatis, possessionis vel quasi, predicti Hamo et Johanna habebant, vel habere poterant, sub dominio nostro, in parrochia Sancti Sulini, in villa dicti Madoc, pro quadam certa summa pecunie eisdem Hamoni et Johanne ex parte dictorum religiosorum, coram nobis tradita in pecunia numerata, et de qua predicti Hamo et Johanna coram nobis se tenuerunt propagatos, nichil sibi, vel suis heredibus, in promissis de cetero retinentes; etc. Datum mense septembris, anno Domini M° CC° septuagesimo septimo. (*Arch des Côtes-du-Nord. — Cart. 75 à 77.*) 1277

CCLXXI.

Donation par une veuve, à Erquy.

Universis, etc., Eudo, archid. Penth. in ecclesia Brioc., etc. Noveritis quod, coram nobis in jure constituta, Floria, relicta Guillelmi dicti Blandei, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam viris religiosis abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord. de Foresta, Brioc. dyoc., unum campum terre arabilis situm in parrochia de Herqueyo, in villa de Sancto Quanou, inter domum Esclancher, et molendinum ad aquam, eisdem religiosis et eorum monasterio habendam, etc. Datum die jonii post festum apostolorum Petri et Pauli. In cujus rei testimonium presentes litteras dictis religiosis et eorum monasterio sigillo curie nostre, ad peticionem dicte relicte, dedimus sigillatas. Actum anno Domini M° CC° LXX° octavo. (*Cart. 34.*) 1278

CCLXXII.

La dame de Matignon confirme les possessions de l'abbaye.

Universis, etc., Dyonisia, domina de Matignon, vidua, salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod nos, pro remedio anime nostre 1278

(1) Par un acte de janvier 1277, Eudes, archidiacre de Penthièvre, fait savoir que Martin Faber, *de Limite Calciato*, donne à St-Aubin tout ce qu'il pouvait posséder en Pléhérel.

et animarum antecessorum et heredum nostrorum, religiosis viris abbati et conventui Sancti Albini de Foresta, Cist. ord. Brioc. dioc., ac eorum monasterio, omnia data eisdem religiosis, et insuper omnia habita et possessa ab eisdem in territorio nostro, usque ad datam presencium litterarum, quoque titulo dentur eisdem, teneantur ab ipsis seu possideantur, ubique sita sint, tam mediate quam immediate concedimus et confirmamus; nichil nobis et nostri omnino retinentes in premissis, preter divinam remuneracionem; volentes tam pro nobis quam pro nostris successoribus, eosdem successores nostros quoad hoc obligantes (*sic*), quod in premissis nichil de cetero petere poterimus, et quod premissa dictis religiosis et suo monasterio, absque contradictione nostra seu heredum nostrorum, non obstante aliqua consuetudine super hoc in contrarium inducta, si qua fuerit, in perpetuum remaneant integra, libera, et quieta cum pleno jure; et quod dicti religiosi de premissis suam possint omnimodam facere voluntatem ac de eisdem disponere et ordinare prout sibi et suo monasterio viderint expedire. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras predictis religiosis et eorum monasterio sigillo nostro proprio dedimus sigillatas; et ad majorem rei certitudinem volumus, et intuitu charitatis requirimus, dominum episcopum Briocensem ut ad eternam rei memoriam sigillum suum hiis litteris presentibus apponat. Datum anno Domini Mº CCº LXXº octavo, mense junio. (*Cab. Cornillet.*)

CCLXXIII.

Achat de neuf récoltes, de deux hoches de terre et d'un pré.

1278 Omnibus hec visuris Thomas Lavache, armiger, dominus feodalis, etc. Noverint universi quod coram nobis in jure constitutus Alanus dictus Picont vendidit viris religiosis abbati et conventui Sancti Albini, Cyst. ord., fructus, exitus, et proventus duarum hocharum terre arabilis, site prope proximum vadum, et cujusdam prati sui dicto vado adjacenti, sub dominio nostro, usque ad novem annos proximos continue venturos, percipiendos, levandos et habendos a dictis religiosis vel eorum mandato, pacifice et quiete, omni contradiccione dicti Alani et suorum cessante; et de vendicionis precio idem Alanus se tenuit coram nobis plenarie propagatum; etc. Datum mense septembri anno Domini Mº CCº septuagesimo octavo. (*Cart. 160.*)

CCLXXIV.

Echange avec G. de Matignon, bourgeois de Lamballe.

1278 Universis, etc., Eudo, archid. Penth. in ecclesia Brioc., etc. Noverint universi quod, in nostra presencia in jure constitutus, Gaufridus de Matignon, burgensis de Lambalia, obligans se et omnia bona sua pro se et suis fratribus, et Aalicia sorore sua, et Roberto

Estrellait ejus marito ad ea tenendum que secuntur et fideliter observandum; tradidit in escambium et eciam assignavit viris religiosis abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., et eorum monasterio, duas ochas terre seu pecias quas ipse Gaufridus, fratres et soror et ejus maritus, seu alter ipsorum, habebant apud ulmum (1) Aufredi, a latere magni limitis, ex parte orientali, in feodo de Tremarec, in parrochia Sancti Germani. Et tenentur predicti Gaufredus, fratres, soror et maritus ejus et eorum successores, aquitare annuatim predictas duas ouchias terre, seu pecias, de justis redditibus super aliam suam terram in predicto feodo existantem; et predicti religiosi tradiderunt et assignaverunt eisdem Gaufrido, fratribus et ejus sorori et ejus marito pro predictis duabus ouchiis, unum campum eorumdem religiosorum, situm in dicta parrochia, juxta Matignon, in feodo Foace, habendum et possidendum eisdem Gaufrido et fratribus et sorori in perpetuum, solvendo annuatim eisdem religiosis duodecim denarios usuales, et obediendo predictis religiosis, de predicto campo, tanquam domino feodali; etc. Datum die jovis post Concepcionem beate Marie Virginis, anno Domini M° CC° LXX° octavo (2). (*Arch. des C.-d-N. — Cart. 201.*)

CCLXXV.

Accord entre l'abbaye et Alain Goyon.

Universis, etc., Dyonisia, domina de Matignon, vidua, salut. in Dom. sempiternam. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini de Foresta, Cyst. ord., Brioc. dyoc., ex una parte, et dominum Alanum Goyon, militem, ex altera, super hoc quod dicti religiosi petebant a dicto milite quasdam decimas quas dictus miles in parrochia de Langanan, Dolensis dyoc., habebat seu detinebat; dicentes illas sibi collatas fuisse in puram et perpetuam elemosinam ab Alano Goyon, milite defuncto, avo quondam predicti Alani qui nunc vivit et cujus idem Alanus est heres principalis, assensu Dolensis episcopi qui tunc erat super hoc accedente, prout in litteris dicti Alani defuncti et Dolensis episcopi plenius continetur, et asserebant religiosi predicti. Tandem dicte partes super contencione predicta coram nobis devenerunt et concordiam in hunc modum : quod idem Alanus qui nunc vivit dictis 1278

(1) Lieu planté d'ormes, ormoie.

(2) Suit une copie de cet acte, donnée par Eudes, archidiacre de Penthièvre, et commençant ainsi : « Noveritis quod....... Gaufridus de Matignon, burgensis Sancti Martini de Lambalum, Petrus le Boscher de Matignon, Stephanus le Sene, Guillelmus le Boschier, Alanus de Matignon clericus, ipsius Gaufridi fratres, unanimiter consenserunt et solverunt escambium firmum esse et stabile alias factum inter predictum Gaufridum, ex una parte, pro se et suis fratribus, et Alicia sorore sua quoquomodo, et virum religiosum abbatem et conventum Sancti Albini, Cyst. ord., ex altera, super duabus, ouchiis, scapeias terre, etc.... »

religiosis, cum assensu et bona voluntate Stephani sui filii primogeniti, Matildis uxoris sue et Dyonisie filie sue primogenite, decimam illam sitam in parrochia de Ploboule, quam idem miles qui nunc vivit emerat à Rollando Bobes, nomine dicte Dyonisie filie sue, tradidit vel eciam assignavit de cetero dictis religiosis ac eorum monasterio in perpetuum habendam ac eciam possidendam; et predicti religiosi voluerunt et concesserunt quod predicte decime de Langanan eidem militi et suis heredibus de cetero, absque contradictione dictorum religiosorum, remaneant libere ac quiete; ita tamen quod per dictam composicionem villa Sancti Walleri sita prope Matignon in parrochia Sancti Germani, et insuper quicquid juris proprietatis et possessionis habebamus nos et dictus Alanus in predicta villa et teneura illius ville eisdem religiosis et eorum monasterio de cetero omnino........ perpetuum libere remaneat et quiete a predicto milite qui .... nunc vivit et successoribus suis ac nobis eciam et a nostris; ita quod predicti religiosi de cetero de predicta decima sita in parrochia de Ploboule, et de predicta villa Sancti Walerici cum sua predicta teneura possint facere, disponere et ordinare ad omnimodam ipsorum voluntatem, absque contradictione militis predicti et suorum heredum et nostra ac eciam nostrorum prout sibi et suo monasterio viderint expedire. Juraverunt insuper coram nobis, tactis sacrosanctis ewangeliis, predicti Alanus, Stephanus et Dyonisia filia dicti Alani predictam composicionem fideliter observare et contra non venire per se vel per alium seu per alios in futurum ad predictam composicionem in perpetuum observandam, et ad garantizandam a se et a suis eisdem religiosis predictam decimam de Ploboule et predictam villam prout superius est expressum, obligantes se, et sua et suos eciam successores, renunciato ex parte dicti Alani, Stephani, Matillis et Dyonisie excepcioni doli mali, omni patrie consuetudini, omni privilegio datis, omni rescripto impetrato ac eciam impetrando, omni privilegio crucis sumpto ac eciam assumendo, decepcioni ultra dimidiam justi precii, omni beneficio et auxilio juris scripti et non scripti, canonici et civilis, et omnibus aliis que contra presentem litteram possent probari, objici vel opponi; etc. Datum die lune ante Nativitatem Domini infra primam, anno Domini M° CC° septuagesimo octavo. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 3 à 6.*)

CCLXXVI.

1278 *Même date. — Alain Goyon, chevalier, permet, par suite de l'accord précédent, de payer annuellement, à la St-Denis, à l'abbaye, 2 mines de seigle et 2 mines de grosse avoine, mesure vénale de Matignon, à prendre* de granerio nostro et successorum nostrorum in Pentheuria, *en attendant que cette rente soit assignée en* Plouboulle *ou en* Plevenon. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 45.*)

CCLXXVII.

Accord entre l'abbaye et Alain Goyon, chevalier : cet acte ne contient rien d'important de plus que l'acte précédent ; on remarque seulement qu'Alain s'engage à rembourser, aux prochaines foires de Dinan, la somme pour laquelle Rolland Bobes avait précédemment engagé sa terre ; il promet, en outre, de confirmer à St-Aubin tout ce qui a été donné jusque-là in feodo Guegonis. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)* 1278

CCLXXVIII.

Janvier. — Denise, fille aînée d'Alain Goyon, chevalier, ratifie en ce qui la concerne l'accord fait par son père avec l'abbaye. 1278

CCLXXIX.

Arrangement relatif à des vassaux.

Universis, etc., abbas et conventus Sancti Albini de Foresta, Cyst. ord., Brioc. dyoc., et Dyonisia domina de Matignon, et Alanus Goyon, miles, salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod inter nos predictos abbatem et conventum ex una parte, et nos predictos Dyonisiam et Alanum ex altera, et ad invicem in hunc modum pro bono pacis et concordie ordinatum est et dispositum quod nos dicti abbas et conventus gentiles homines seu ad tallia, ad jussum vel ad pacta existentes, nec aliquem de heredibus eorumdem immediate mansionarios sub predictis domina et Alano vel eorum principalibus successoribus (1), non recipiemus ad manendum sub nobis, nec eciam recipere poterimus per dictam composicionem seu ordinacionem. Et nos predicti Dyonisia et Alanus seu heredes nostri dictorum religiosorum mansionarios non recipiemus ad manendum sub nobis, nisi prius licencia hinc et inde habita et concessa. In cujus rei testimonium et munimen nos predicti abbas et conventus, Dyonisia, Alanus, presentibus his litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum die lune ante Nativitatem Domini infra prima, anno Domini Mº ccº septuagesimo octavo (2). *(Cart. G.)* 1278

CCLXXX.

Olivier, dit Papebous, et Geoffroy, son fils aîné, donnent aux moines unum prebendarum *de froment et 2 deniers que lesdits moines devaient chaque année sur la terre de la* Hasaye *et autre en Pléhérel. (Arch. des Côtes-du-Nord.)* 1279

(1) Cette distinction entre les diverses classes de vassaux ou manants est à remarquer : *gentiles*, ceux qui sont affranchis de toute espèce de taxe, sauf sans doute le service militaire (ils ne figurent pas parmi les vassaux de l'abbaye) ; ceux qui sont soumis à la taille, soit de droit soit par convention. *Pacta* rappelle ici ces *pactions* dont parle Froissart (III. 275), sortes de subdivisions du fief à chacune desquelles était attachée une famille de laboureurs soumise à certaines redevances.

(2) Une charte relative au même sujet, mais moins explicite, avait été donnée par Denise de Matignon seule, au mois de juin de la même année.

CCLXXXI.

1279 *Sibille, femme de Eon Bedou, bourgeois de Jugon, donne à l'abbaye les dîmes de Dolo qui firent l'objet de l'engagement précédemment rappelé. V. le n° 268. (Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CCLXXXII.

1280 *Hamon* de Fago, *de la paroisse de* Plobole, *pour le salut de son âme et de celles de ses parents, aumône à l'abbaye tout ce qu'il possède* in decimis seu racione decimarum in villa que apellatur vulgaliter Villa Neent, in parrochia de Henantbihen sitarum. *Cette charte, scellée du propre sceau du donateur, et dressée en mars, se rattache à la dîme de la Ville-Gestin. (Cab. Cornillet.)*

CCLXXXIII.

Don d'un emplacement à Pléboulle.

1280 Universis, etc., Guillelmus dictus Salous, armiger, etc. Noveritis quod ego, pro remedio anime mee et animarum et antecessorum et heredum meorum, dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam viris religiosis et honestis abbati et conventui Sancti Albini, Cist. ord., et eorum monasterio, quicquid juris et saesine ego habebam, vel habere poteram aut debebam, in quadam platea terre, seu arene, sita in parrochia de Plouboule, apud illum locum qui dicitur le Gron de Porteladur, alias eisdem religiosis, ut dicitur, concessa a nobili domina Dyonisia, domina de Matignon, et ab Alano Goyon, milite, ad omnimodam voluntatem dictorum religiosorum faciendum in quantum intererat ipsius domine et predicti Alani; et volo et concedo, bona fide, quod dicti religiosi, seu eorum mandatum, de predicta platea et edificiis ibi factis seu faciendis, et lucro eorum, possint ordinare et disponere prout sibi, et suo monasterio, viderint expedire, contradictione mea et heredum meorum non obstante. Insuper volo et concedo, in quantum mea et meorum heredum interest, quod predicti religiosi et eorum mandatum per partes illas communitatem habeant, et suum ire et venire ad predictam plateam et ad edificia ibi facta seu facienda, sicuti habent homines gentiles ad sua propria domicilia in partibus illis; etc. Datum anno Domini M° CC° octogesimo, mense marcii. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 116.*)

CCLXXXIV.

1281 *Lundi après la St-Marc. — Robert, doyen de* Poudouvre, *au diocèse de St-Malo, fait connaître que Bertrand Rabel, fils de feu Geoffroi Rabel, dudit diocèse, a cessé de contester à l'abbaye les droits de celle-ci sur l'aumône faite par ses ancêtres. Il s'agissait d'une rente annuelle d'un* cartengium *ou* busellum siliginis, *à la mesure vénale de* Plancoit : *Bertrand Rabel, dont le sceau était appendu à la charte originale, s'engage à acquitter exactement cette rente aux foires de Dinan. (Cab. Cornillet; d'après une copie donnée en 1360, par le doyen de* Podouvre.)

CCLXXXV.

Droits de l'abbaye sur la dîme de Morieux.

Constitutus in jure coram nobis Guillelmus, dictus Abbas, presbiter, rector ecclesie de Morioc, confessus fuit quod abbas et conventus Sancti Albini de Foresta, Cist. ord., debent percipere et habere sibi et suo monasterio, singulis annis, jure hereditario, in terciagio decime dicte ecclesie de Morioc, unam minam frumenti boni et competentis ad veterem mensuram; quod terciagium dicte decime idem rector detinet et possidet; quam summam frumenti ad dictam mensuram boni et competentis concessit idem rector, et tenetur reddere predictis abbati et conventui ac eorum monasterio in perpetuum, singulis annis, infra festum omnium Sanctorum; etc. Datum die lune post festum beati Andree apostoli, anno Domini M° CC° LXXX° primo. (*Cart. 138.*) 1281

CCLXXXVI.

Sentence de l'archidiacre de Penthièvre.

Universis, etc., Eudo, archid. Penth. in ecclesia Brioc., etc. Noveritis quod cum contencio verteretur coram nobis inter viros religiosos abbatem et conventum monasterii Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., ex una parte, et Dyonisium filium Johannis Bretere deffuncti, clericum, ex altera, super elemosinis, donacionibus, et legatis a predictis Johanne et patre suo eisdem religiosis, et eorum monasterio, factis ut dicebatur; tandem post multas contenciones, rixas, et placita motas inter ipsos, compositum fuit inter partes, coram nobis, in hunc modum amicabiliter : quod predictus Dyonisius voluit et garantavit quod predicti religiosi vel eorum mandatum de cetero et annuatim percipiant quinque solidos usuales super domo, platea, et orto ipsius Dyonisii, sitis in villa Lambalie, in parrochia beate Marie ejusdem ville, solvendos anno quolibet in festo beati Dyonisi, sine magis (1), eisdem religiosis vel eorum mandato; etc. Datum die jovis proxima post Conversionem Sancti Pauli, mense januarii, anno Domini M° CC° octogesimo primo. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)* 1281

CCLXXXVII.

Donation d'une juste de froment en St-Denoual.

Noverint universi quod, in jure coram nobis [archid. Brioc.] constituti, Guillelmus Salomonis de Valle Coronato, de parrochia Sancti Denoalli, et Sibilla ejus uxor, filia predicti Johannis Rossel Botin, pro salute animarum suarum, dederunt et concesserunt, in puram et perpetuam elemosinam, viris religiosis et honestis abbati et 1282

(1) *Sans plus* est une locution encore employée dans divers pays pour indiquer qu'une rente ne peut augmenter, quelques circonstances qui arrivent.

conventui Sancti Albini, Cist. ord., et eorum monasterio, unam justam frumenti, annui redditus, percipiendam super predicta terra de La Gueesse de cetero in futurum, reddendam eisdem religiosis anno quolibet infra festum omnium Sanctorum in grenario Sancti Albini; et insuper dederunt predictis predicti Guillelmus et Sibilla, in puram et perpetuam elemosinam, omnes obediencias et dominium quas, vel quod habebant vel habere poterant et debebant, racione predicti Johannis Rossel, et donacionis eidem Johanni facte a dicto Gaufrido de Soreia, milite, et a predicto Johanne de Dynanno sigillate seu concesse, salvo tamen eisdem Guillelmo et Sibille et eorum heredibus predicto fundo terre habendo et tenendo jure hereditario in futurum, reddendo eisdem religiosis predictam justam frumenti ut superius est expressum, et obediendo pro eisdem religiosis sicuti pro dictis militibus sicut solebat de terra supradicta, vel tanquam pro domino feodali; salva tamen eisdem Guillelmo et Sibille et eorum heredibus predicta condicione fundi terre eisdem remanentis; etc. Datum mense julii, anno Domini M° CC° octogesimo secundo. *(Cart. 167. — Cab. Cornillet.)*

CCLXXXVIII.

Aumône de Philippe Brunart, en Erquy.

1282 Universis, etc., Eudo, archidiac. Penth., in eccl. Brioc., etc. Noveritis quod, in nostra presencia in jure constitutus, Philippus dictus Brunart, cum assensu et voluntate Johannis ejus fratris, Olive ejus sororis, et Gaufridi ejusdem Olive mariti, prestantis eidem Olive auctoritatem ad concedendum que in presenti pagina continentur; et cum assensu et voluntate Philipi Pargastel, Guillelmi, Bertranni et Gaufridi ejusdem Philipi Pargastel fratrum, et Dyonisie eorumdem sororis, et Jacobi le Boloors ipsius Dyonisie mariti, dedit et concessit pro salute anime sue et animarum antecessorum et successorum suorum, in puram et perpetuam elemosinam, viris religiosis et honestis abbati et conventui monasterii Sancti Albini, Cist. ord., et predicto monasterio, de cetero pacifice possidendum, percipiendum, et habendum, unam minam frumenti cum ejus pertinenciis, annui redditus, quam minam frumenti predictus Philipus Brunart et sui antecessores, et predicti Philipus Pargastel, Guillelmus, Bertrannus, et Gaufridus ejus fratres, et Dyonisia et Jacobus ejus maritus, et Oliva soror dicti Philipi, et Johannes ejusdem fratris seu eorum aliquis percipere consueverant et habere a predictis religiosis, seu eorum mandato, super villa dictorum religiosorum de Sancto Maclovio, et terris ipsius ville, in parochia de Erquey sita; etc. Datum die jovis ante festum beati Johannis Baptiste, in cujus rei testimonium et munimen presentes litteras dictis religiosis et eorum monasterio ad peticionem predictorum

sigillo curie nostre dedimus sigillatas, anno Domini M° CC° octogesimo secundo. (*Cart. 30.*)

CCLXXXIX.

Donation pour l'entretien d'un clerc aux écoles.

Universis, etc., Radulphus, Macloviensis archid. tunc temporis, etc. 1282
Noverint universi quod, coram nobis in jure constituti, Petrus dictus Davodec et Agatha ejus uxor, non vi, non metu, nec dolo ad hoc inducti, sed voluntate spontanea, non coacti, dederunt et concesserunt donacione facta irrevocabili inter vivos, sine spe alicujus commodi ad ipsos de cetero reversuri, simpliciter et pure, in elemosinam perpetuam ad sustentacionem in scolis Petro de Sancto Johanne, clerico (1), quasdam decimas sitas in parrochia de Plomagoat, sub dominio Guillelmi de Chastellerio, militis; que decime vocantur vulgaliter magne decime, et site sunt in feodo de Tremaudearn; et eciam quicquid juris, proprietatis, et possessionis dicti conjuges habebant, et habere poterant et debebant, in dictis decimis, cum pertinenciis suis, totum pro toto; et predictum clericum, coram nobis, posuerunt de premissis per tradicionem presencium in sesina ad habendum, tenendum, percipiendum et pacifice possidendum ab eodem clerico et heredibus suis, jure hereditario in perpetuum, dictas decimas cum pertinenciis suis; et ad faciendum exinde suam omnimodam voluntatem sine reclamacione aut contencione aliqua, que ex parte dictorum conjugum vel suorum super premissis valeat de cetero devenire; cedentes et transferentes coram nobis in jure dicti conjuges in dictum clericum omnes acciones, deffensiones et jura sibi competentes et competencia in premissis vel occasione premissorum, et predictas donacionem et concessionem juraverunt in jure coram nobis dicti conjuges pro se et suis tenere, fideliter observare et contra per se vel per alium non venire; etc. Datum die mercurii post festum beati Maclovii estualis, anno Domini M° CC° octogesimo secundo. Rex. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CCXC.

Legs du sire de la Soraie sur une dîme en Plévenon.

Universis, etc., Eudo archid. Penth. in eccl. Brioc., etc. Noveritis 1282
quod nos, in testamento Gaufridi quondam domini de Soreia, militis, sigillato sigillis abbatis Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., Galteri quondam presbiteri de Quintenit, et Gaufridi dicti Abbatis, bur-

(1) Ceci ne peut surprendre dans le siècle où l'Eglise a fait le plus pour l'enseignement en France. Plusieurs savants, et particulièrement M. L. Delisle, ont prouvé de la manière la plus authentique que, en dépit des allégations réitérées d'une certaine école, l'instruction des classes populaires, et surtout des classes agricoles, était singulièrement avancée au XIIe et au XVIe siècles.

gensis de Lamb., executorum dicti testamenti, vidimus contineri quod ipse miles predictus, de voluntate et assensu Gaufridi Roche heredis sui, viris religiosis abbati et conventui predicti Sancti Albini dedit et concessit, in puram et perpetuam elemosinam, unam minam frumenti in decima ipsius militis de Tresselin, sita in parrochia de Plovenon, vel quicquid juris habebat vel habere poterat in possessionibus et elemosinis. Quas in feodo et dominio ipsius religiosi predicti habebant seu possidebant; etc. Datum vero predicti testamenti anno Domini M° CC° octogesimo secundo, mense januarii (1). (*Cab. Cornillet.* — *Cart. 171.*)

CCXCI.

Vente de terres pour dette, en St-Suliac.

1283 A toz cex qui ces presentes letres verront e orront, Raoul, viconte de Dynan, jevalier, segnor de la Belliere, saluz en Notre Segnor. Come Bertran Nicholas, e Anor, sa fame, eussent requeneu par devant nous que il devoent a Bertholot de Lospital une some de deniers, nous commendasme a labé e au covent de Saint Aubin que il ballissent de la terre ez diz Bertran et Anor audit Bertholot por ladite some; ce est a saveir por nouf livres e sis soz e oct deners; e ledit abé ou son aloé fet le commendement e balla audit Bertholot por les diz livres une vigne sis a la Ville Madoc, tenue dou dit abé e dou covent en notre seignorie, entre les vignes à labé e au covent; e en fit ledit Bertran les banz si come usage est par la corre es diz abé e covent; ledit abé se pleta par nostre cort que eus estaent plus premes à aveir ladite vigne que ledit Bertholot, fessant lor devoir doudit paemant audit Bertholomee; e fust jugemant que lait des parties lors fierent comme de loz laial achaté de vente segunt l'usage e la costume dou pais; ou tetemoene de laquelle chose e que ce seit ferme e estable, nous donames es diz abé e covent ces lettres sellées en notre seel, sauve notre droit. Ce fut doné en l'an Notre Signor mil et deus cenz e quatre vinz e trois e les bans que le Bertholot avoet entornerent ez diz abé e covent. Doné ou suit come devant. (*Arch. des Côtes-du-Nord.* — *Cart. 90.*)

CCXCII.

Aumône de Nicole Boorne en St-Pôtan.

1283 Universis, etc., Eudo, archid. Penth. in eccl. Brioc., etc. Noverint universi quod cum contencio verteretur inter viros religiosos abbatem et conventum Sancti Albini de Foresta, Cist ord., Brioc. dyoc., ex una parte, et Gaufridum dictum Bedou, armigerum, et Olivam ejus uxorem, ex altera, super quodam quartengio frumenti,

(1) A la même date, Philippe, évêque de St-Brieuc, donne une charte dans les mêmes termes ; on y lit seulement *Treserin* au lieu de *Tresselin*.

ad mensuram de Matignon, dictis religiosis et suo monasterio dato et elemosinato in puram et perpetuam elemosinam, annui redditus, a Nicholaa, uxore Bertranni dicti Boorne et matre dicte Olive, defuncta, super maritagio dicte Nichole defuncte, sito in parrochia de Sancto Postano : quod frumentum dicti Gaufridus et Oliva ejus uxor tenebantur reddere dictis religiosis, quolibet anno, ut dicebatur, dictis Gaufrido et Oliva contrarium asserentibus, et prima esse vera negantibus; tandem post multas contenciones et altercaciones, compositum fuit in jure, coram nobis, inter dictos religiosos et predictos Gaufridum et Olivam ejus uxorem, quod dicti Gaufridus , et Oliva ejus uxor, recognoverunt coram nobis quod Nicholaa mater dicte Olive defuncta dederat et concesserat, in ultima sua voluntate, quoddam cartengium frumenti, ad mensuram venalem de Matignon, in puram et perpetuam elemosinam, dictis religiosis ac suo monasterio percipiendum et habendum super toto maritagio dicte Olive sito juxta herbergamenta Petri Racine et Gaufridi Chevrel, et justa ulmum dictam es meetre, in dicta parrochia de Sancto Postano; quod maritagium recognoverunt se habere et possidere, vel suo nomine possideri, dicti Gaufridus et Oliva; quam donacionem factam à dicta Nicholaa, ut dictum est, predictis religiosis et eorum monasterio, ratam et firmam habentes, et volentes dicti Gaufridus et Oliva ejus uxor eamdem in perpetuum durare. Et concesserunt insuper coram nobis, predicti conjuges, eisdem religiosis reddere singulis annis, infra festum omnium Sanctorum, sub obligacione predicti maritagii; etc. Datum mense julii anno Domini M° CC° octogesimo tercio. *(Le sceau de Geoffroi représente 3 billettes, 2 et 1. — Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CCXCIII.

Donation de Denise, femme de Olivier L'Archidiacre.

Universis, etc., Eudo, archid. Penth. in eccl. Brioc., etc. Noveritis quod, in jure in nostra presencia personaliter constituti, Dyonisia relicta Oliverii dicti Archidiaconi, et Petrus Oliverii ejus filius, dederunt, tradiderunt et concesserunt spontanea voluntate, pro salute animarum suarum, cum assensu et voluntate Rollandi Bobes, armigeri, fratris dicte Dyonisie, viris religiosis abbati et conventui Sancti Albini de Foresta, Cist. ord., Brioc. Dyoc., ac eorum monasterio, quandam minam siliginis annui redditus, ad mensuram venalem de Matignon; quam minam dicta Dyonisia, vel ejus allocatus, habebant, percipiebant et solebant percipere tempore obligacionis istius littere, et ante, in decimis dictorum religiosorum, sitis in parrochia de Plobole, que vulgaliter solebant vocari decime Bobes; etc. Datum mense augusto, anno Domini M° CC° octogesimo tercio. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 95.*) 1283

CCXCIV.

Saisie et vente de biens en St-Suliac, pour dette.

1283 A toz ceux qui cestes presentes letres verront ou orront, Raoul viscont de Dynan seignor de la Belliere, jevaliers, saluz en Nostre Seignor. Sachent toz que come Alixandre dit Burgaut e Agaice sa fame, de la Ville es Nonaens, deussent et eussent pramis par devant Guillaume de la Mote nostre séneschal, e fussent tenuz à rendre e à poier à certaine terme lonc tans a ja trepassé, à Johan dit Bertholome borgais de Dynan, gienre Raoul de Plogonait de Benaite sa fille, vint livres de monae corante de ventée e de ballée de vins bretons, e en eussent obligée par devant ledit sénescal audit Johen eux e lor heirs e toz lor biens mobles et non mobles présenz et futurs auquel que leu que il feussent; e en eussent doné de ce aut dit Johen les letres audit nostre senescal, e les eussent jurées le devant ledit Johen par defaute de paemant que ne li avet pas esté fet des diz Alexandre e sa fame de ladite some de deniers audit terme, en tot ne en partie; nous requist que nous le feissions enteriner les letres à notre dit séneschal sus les bians asdiz Alixandre e sa fame : e nous à la requeste dudit Johan feimes bannir o le droit e o le jugemant de nostre cort por ladite some de deniers, en non dudit Johen, les biens es diz Alixandre e a sa fame que eux aveint soz nostre seignorie, e en feimes fere trais bans avenantanz resnablement es usages e es costumes du pais; e les trais bans fez, nous o le droit e o le jugement de nostre cort feimes avenancer des beians adiz Alixandre e sa fame que il avient sis soz nostre seignorie por ladite some de deniers par avenantors resnables sus ce jurez; e ledit avenantement fet, nous o le droit e o le jugement de nostre cort ballames et adjujames par droit avenantement e par les taus es avenantors audit Johen e l'on seseimes por ladite some de deniers e por les toz es avenantors : un clos es diz Johen e sa fame sis soz nostre seignorie à la paroisse de Saint Selia, duquel clos une partie est en terre arable e l'austre est cupre, ce est à saveir entre le fe du Vignot de une partie e la vine audit Tunomere de l'autre, e entre le champ Jordan de Foline d'une autre partie e le pré audit Johen de l'autre que il ot de Guillaume dou Vignot, e ensorquetot tot quanque de droit, de propriété, de possession, les diz Alixandre e sa fame avent e poaent aveir e devoient ou dit clos o ses apartenances le tot por le tot a aveir, a tenir a perceoire e a possairs en pez e senz contenz audit Johen e a ses heirs en perpétuel héritage ledit clos e ses appartenances, e a en fere sa plene volonté senz contenz aucun ou reclamacion qui de la partie es diz Alixandre e sa fame ou des lor sus ce peisse venir a james se par achat ou par escharce ne lor veneit; e de ceste jose en fit ledit Johen, e en espleta ce que il dut, e nos en

paia les ventes et o le droit e o le jugement de nostre cort, e es usages e es costumes du pais; en testemoigne de laquele chose, sauve nostre dreture en totes choses e a toz autres seignors nos, o le jugement de nostre cort e avon doné audit Johen ces présentes letres sellées en nostre propre seel. Ce fut doné ou mois de deleir en l'an de graice mile e dous cenz e quatre vinz e trois anz or (1). *(Cart. 88 et 125.)*

CCXCV.

Le même sire de la Bellière adjuge, dans la même forme, une conrae *de vigne et une demi-conrae* (2), *saisies sur les cautions qui avaient répondu pour Renaut dit Gautier, insolvable. Gautier s'était engagé, devant Guillaume de la Motte, écuyer et sénéchal du vicomte, à payer à Johen dit Bartholome, bourgeois de Dinan, la somme de huit livres 10 sous de monnaie courante pour des vins bretons. — Même date qu'à l'acte précédent. (Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 77.)* 1283

CCXCVI.

Droits sur le moulin de St-Malo de Durestal.

Universis, etc., archid. Penth. in eccl. Brioc., etc. Noveritis quod in nostra presencia in jure personaliter constituti Guillelmus Vellon, et Bertrannus ejus filius primogenitus, dederunt, tradiderunt, et concesserunt in jure coram nobis, intuitu karitatis, spontanei non coacti, religionis viris abbati et conventui Sancti Albini de Foresta, Cist. ord., Brioc. dyoc., usum suum quem habent in molendino dictorum religiosorum Sancti Maclovii de Durestal; videlicet in molendino ad aquam; et quicquid juris, proprietatis, possessionis et saesine ipsi Guillelmus et Bertrannus habebant, et habere poterant et debebant, in dicto molendino et stagno ejusdem, et eorum pertinenciis, totum pro toto; nichil sibi retinentes in premissis; et omnia jura et acciones sibi competencia et competitura in premissis dictis religiosis et eorum successoribus de cetero in perpetuum jure hereditario habendum, tenendum et pacifice possidendum, etc. Datum mense februarii, anno Domni M° CC° octogesimo tercio. *(Cart. 149.)* 1283

CCXCVII.

Terre affranchie par le sire de la Bellière.

A toz ceux qui ces presentes letres verront e orront Raoul, visconte de Dinan, seignor de la Bellier, chevalier, e dame Philippe sa fame, saluz en Notre Seignor. Sachent toz que noz de noz bones volentés, non pris par fraude ne par tricherrie a ce amenez, quiton e franchisson a religious homes et honestes a l'abé e a covent de Saint 1283

(1) Des lettres toutes semblables furent délivrées dans le même temps par le même personnage contre James Bugant.

(2) *Conrae* ou *correium* ou courroie est un espace étroit de terrain.

Aubin de la Forest, de l'ordre de Cisteaux, une piece de terre laquele lesdiz religious ont sise soz notre seignorie en la paroisse de Saint Selia, en la Ville Madouc, jouste le chimin ou lonc par devant la Ville es Noneins, si come l'on vet a Chastelnef de la Noe, de totes les rentes, les obédiances, les redevances e autres choses queles que il saient, le tot por le tot, que nous avioen, e poion aveir e demander e devion en ladite pièce de terre, si come ele se porte et est bonée, devisée e departie en le e en lonc. E ballon et quiton por nous e por noz heirs esdiz religious ladite piece de terre franche, quite e delivre, senz riens que nous ne noz heirs i puisson riens demander ne réclamer a james, en tele maneire que nous e noz heirs de l'otrey e de la volenté esdiz religious poon e devon prandre e percevion sus ladite piece de terre sus les autres fieuz que lediz religioux ont, tenent, et porseent soz nostre seignorie en la paroisse de susdite. En testemoine de laquele chose nous en avons doné es diz religioux ces présentes letres seellées en noz propres seiaux. Ce fut doné ou mois de marz en lan de grace mil e dous cenz e quatre vinz e trais anz. Rex. (*Cart. 124.*)

CCXCVIII.

Charte de confirmation du sire de la Bellière.

1284 Omnibus hec visuris et audituris Radulfus, vicecomes de Dinanno, miles, dominus de Belleria, et Philipa nostra uxor, etc. Noverint universi quod nos tenemus plenarie perpagatos de vendicionibus terre Johannis le Caorcin, et suis pratis, et omnibus aliis que habebat, et habere poterat, in parrochia Sancti Sulini, tempore donacionis istius lictere; et de libertate concessa a nobis et Philipa, uxore nostra, et Radulpho nostro filio primogenito, et facta viro religioso et honesto abbati et conventui Sancti Albini de nemoribus, Cist. ord., etc. Datum mense aprilis, videlicet die mercurii post Quasimodo anno Domini M° cc° octogesimo quarto. (*Cart. 59.*)

CCXCIX.

Le sire de Matignon affranchit une rente.

1284 A toz ceux qui ces letres veront ou oront, Alain Goion, chevalier, segnor de Matignon, salut en Notre Segnor. Sachiez que come nos demandison a la déguerpie Joen Labé, home ou vasalesse de religiou homes et honestes labé e le couvent de Saint Aubin de la Forest, de lordre de Cisteaus, treis sous de covenant chescun an de rente sus son fé, sis en la paroyse de Plobole; et icelle deise que elle ne deveit nul, n'en estoit pas plus tenue à les rendre quar ils aveint esté donez à nos ancêtres por force et poraie si com el disait : nos, enqueste fete sus ce, quitames et quitons icelle déguerpie lesdiz trais souz e les li quitons a toz jorz mes perpetuelment à le e à ses airs;

ou testemonie de laquel chose ces presentes letres a ladite déguerpie donames saelées, en lan de grace mil e deus cens et quatre vinz e quatre ans. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 1051.*)

CCC.

Eudes, archidiacre de Penthièvre, fait savoir que Bertrand dit Lecoyme donne à St-Aubin tout ce qu'il possède en terres, landes, bois, etc., sans désignation de paroisse. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1284

CCCI.

Geoffroi Le Porc reconnaît certains droits de l'abbaye.

Universis, etc...., archidiac. Penth., etc. Noverint universi quod cum contenciones [verterentur]......... inter Gaufridum dictum Leporc, ex una parte, et viros religiosos abbatem et conventum monasterii Sancti Albini de Foresta, Cist. ord., Brioc. dyoc. ex altera, super quodam prato, vulgariter appellato prato Goyonis, et super quinque busellis molendini frumenti annui redditus, percipiendis super feodo Thendaan sitis in parrochia de Plobole; dictis religiosis asserentibus se et eorum monasterium esse in possessionem, jandiu est, predictarum rerum racione cujusdam donacionis quondam facte ab Egidio dicto Leporc qui hoc potuit facere et de jure; qui Egidius predictas res una cum quibusdam terris arabilibus sitis en Treguiden, juxta clossum Daan, in predicta parrochia; dicto Gaufrido asserente ac dicente predictos pratum et busellos frumenti dictis religiosis a dicto Egidio non fuisse datos; tandem post multas altercaciones inter dictos religiosos et dictum Gaufridum tam in judicio quam extra habitas, dictus Gaufridus, in jure coram nobis personaliter constitutus, recognovit, ac eciam confessus fuit, predictos pratum et busellos frumenti, una cum predictis terris, religiosis et eorum monasterio a dicto Egidio hec facere valente et de jure, etc. Datum mense januarii anno Domini Mº ccº LXXXº quinto. (*Arch. des C.-du-N.*) 1285

CCCII.

Acquisitions de l'abbaye en St-Suliac.

A touz ceux qui ces presentes lestres verront e orront Raoul, visconte de Dinan, chevallier, seignor de la Bellière, saluz en Nostre Seignor. Sachent touz que, en nostre présence establiz en dreit, Johan Berthelomer, dit le Caorcin, e Renayte sa fame, o l'auctorité dudit Johan par devant nous donée en dreit, reconnurent eux aveir vendu e octréié, e vendirent e octréerent à religioux homes e honestes à l'abbé e au covent de Saint Aubin, de l'ordre de Cysteaux, un clos de terre arable e un pré que lesdiz Johan e sa fame aveint, sis en la parroisse de Saint Selia, souz nostre seignorie, assez près de la Ville ès Nonnens, entre les Mareys et le chemin par où 1285

l'on veit du port de Establehon à Saint Selia ; lequel clos fut aucune feyz Alixandre dit Bugaut ; e reconnurent en sourquetout eux aveir vendu e octréé, e vendirent e octréerent esdiz religiouz un pré que yceux Johan e sa famme avaient en ladite parroisse, souz nostre seignorie, joste le clos devant dit ; lequel pré fut aucune feiz Guillaume dit Braecas ; e reconnurent unquore lesdiz Johan e sa famme eux aveir vendu e octréié e vendirent e octréerent esdiz religioux un jornel e deme de terre e de vigne sis en ladite parroisse souz nostre seignorie, en ycelui lyeu, qui est apelé la Ville Anger ; lesquiex jornel e deme de terre e de vigne furent aucune fiez audit Alixandre Bugaut e a Regnaut Gontier ; e reconnurent en sorquetout lesdiz Johan et Benayte sa famme eux aveir vendu et octreié, e vendirent et octroeèrent es diz religioux tout quanque de dreit, de proprieté, de profinece, de possession, e de héritage, e d'autres choses queles que il saent lesdiz Johan e sa fame aveint e poient aveir e devaient es dites choses, e en chescune de eles, o lours apartenances, le tout pour le tout ; e en mistrent lesdiz religioux en dreit par devant nous en sésine par la baillée de ces lestres, à aveir, à tenir, à percevire e aporsair en peiz e senz contenz esdiz religioux e a lours successours, lesdites choses en perpétuel heiritage, e à en feire lour pleneire volonté senz contenz aucun, empeschement ou réclamacion qui de la partie esdiz Johan e sa famme ou des lour susce puisse venir a jamès ; ce est a saveir por une certaine somme de deniers de laquele de la vente e du pris desdites choses lesdiz Johen e sa fame se tiendrent desdiz religioux, par devant nos en dreit, entièrement apaiez ; et sus ceste vente, e sus cet octrey, furent les benz feiz par nostre court, les ventes paiées e totes les autres choses alees festes e passées bien e droitement, segont les usages e les costumes du pais approvées ; etc. Ce fut doné en mays de janvier de l'an de grâce mil e dous cenz e quatre vingz e cinc ans (1). *(Cart. 57. — Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CCCIII.

Confirmation des biens de l'abbaye en St-Suliac.

1285 Universis, etc., Radulphus, vicecomes Dynanni, dominus de Belleria, miles, etc. Noverint universi quod anno Domini M^o CC^o LXXX° V^o, mense februarii, viri religiosi et honesti abbas et conventus Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., juste et recte possidebant ex empcionibus et acquisicionibus suis competenter, secundum usum et consuetudines patrie factis, sub dominio nostro, temporibus retroactis : videlicet illud dominium et illos redditus quod et quos Hamo dictus

(1) Le sceau représente un écu entouré de fleurons, portant un chef denché de quatre pièces : † S. RADVLFI. VICECOMITIS. MIL'.

Horlou quondam solebat habere super illam terram seu possessionem, que vocatur Villa Madouc, juxta Villam Monalium, in parrochia Sancti Sulini; et modo predicto sibi appropriaverunt et possidebant ipsi religiosi in dicta Villa Madouc dimidium juger terre arabilis lande proximum; et quicquid continebatur inter muros dictorum religiosorum, in eadem Villa Madouc sitos, excepto quodam jugere terre et vinee familie Fabri, et excepto herbergamento Henrici dicti Grosin; que tamen juger terre et herbergamentum tenebantur ab eisdem religiosi. Adhuc eciam, modo predicto, possidebant et sibi appropriaverant dicti religiosi sub dominio nostro, in dicta parrochia, quemdam clausum terre arabilis et prati, juxta marescum situm satis prope predictam Villam Monialium; qui clausus aliquando fuit Alexandri dicti Bugaut; et pratum illud, predicto clauso proximum, quod aliquando fuit Guillelmi dicti Broetas; et unum juger terre et dimidium et vinee, quod juger et dimidium terre et vinee aliquando fuerunt predicti Alexandri Bugaut et Reginaldi dicti Gontier, et in illo feodo continentur qui vocatur Villa Augerii in dicta parrochia. Et insuper dimidium jugeris terre et vinee situm in clauso ipsorum religiosorum apud illum locum qui vocatur Lamarele in parrochia supradicta et hec omnibus quorum interest significamus, per presentes litteras, nostro sigillo sigillatas, salva tamen in premissis jure nostro et nostrorum in omnibus, et sesina, et jure alieno, et salva eisdem religiosis quadam franchissia sibi in quodam loco predicte Ville Modouc facta, super qua litteras nostras patentes habuerunt religiosi predicti. Datum dicto mense februarii, anno Domini millesimimo ducentesimo octogesimo quinto. Rex. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 56.*)

CCCIV.

Accord avec Guillaume de Boquilly, de Maroué.

Universis, etc., archid. Penth. in eccl. Brioc., etc. Noverint universi quod, cum contencio mota fuisset inter viros religiosos abbatem et conventum monasterii Sancti Albini de Foresta, Cist. ord., Brioc. dyoc., nomine suo ac sui predicti monasterii, ex una parte, et Guillelmum de Boscoyli, de parrochia de Maroyo, ex altera, coram officialem Briocensem, super eo quod dicti religiosi proponebant ipsum Guillelmum eisdem, et eorum monasterio, teneri in duabus perreis frumenti, ad mensuram Lambali, annui redditus, super quibusdam terris suis sitis in parrochia de Maroyo, juxta capellam beate Marie; que terre vulgaliter appellantur Brolium; racione donacionis in elemosinam facte eisdem religiosis, ac eorum monasterio, a predecessoribus dicti Guillelmi; et racione arreragii dicti dicebant ipsum Guillelmum eisdem teneri in quinque perreis frumenti ad mensuram venalem predictam, eo quod cessatum fuerat ab eodem

1286

Guillelmo per decem annos in solucione unius busselli frumenti de predictis duabus perreis frumenti ; dicto Guillelmo in contrarium respondente se teneri tantum modo in tribus bussellis frumenti de predictis duabus perreis frumenti eisdem religiosis ac eorum monasterio ; tandem post multas altercaciones super premisssis inter eos habitas, compositum fuit ac eciam ordinatum inter predictos religiosos, ex una parte, et predictum Guillelmum ex altera, in jure coram nobis in hunc modum : quod dictus Guillelmus concessit in jure coram nobis, per dictam composicionem, se et heredes suos teneri solvere, et reddere, predictis religiosis, ac eorum monasterio, duas perreas frumenti, ad mensuram venalem predictam, in perpetuum, annui redditus, racione predictarum donacionis et composicionis super predictis terris, et super omnibus que habet et habiturus est in dicto Brolio, in quolibet festo beati Michaelis in Monte Gargano ; et pro premissis duabus perreis frumenti reddendis eisdem religiosis, ac eorum monasterio, ex causis predictis, quolibet anno terris antedictis obligavit se, coram nobis, dictus Guillelmus, dictis religiosis ac eorum monasterio, et heredes suos, ac eciam successores in premissis. Item voluit et concessit predictus Guillelmus, in jure coram nobis, se teneri per dictam composicionem predictis religiosis, ac eorum monasterio, reddere duas perreas frumenti ad mensuram venalem predictam, racione arreragiorum predictorum infra nundinas Lambali proximo sequentes post datam presencium litterarum, etc. Datum die veneris ante Penthecostem, anno Domini м° cc° octogesimo sexto (1). (*Cart. 131.*)

CCCV.

Acquisition de l'abbaye par avenantement.

1286 Universis, etc., Radulphus, vicecomes Dynanni, dominus Bellerie, miles, salut. in Dom. sempiternam. Noveritis quod, in nostra presencia in jure constituti, Bertrannus Nicholai de parrochia Sancti Sulini, et Aanordis ejus uxor recognoverunt spontanei, non coacti, quod viri religiosi abbas et conventus Sancti Albini, Cist. ord., Brioc. dyoc., rite et juste possidebant si quidem suo monasterio appropriaverant per advenamentum (2) competentem, curie nostre judicio

(1) Cet acte était scellé du sceau de la cour de l'archidiacre et de celui de Geoffroy Le Rat, bourgeois de Lamballe, à défaut de celui de Guillaume de Boquilly.

(2) Du Cange ne donne pas ce mot : on le trouve dans le supplément au Glossaire, ou du moins on trouve son verbe « advenantare », qui est considéré par D. Carpentier comme employé spécialement en Bretagne. Il ne nous semble pas que le savant religieux ait bien défini la valeur de l'*avenantement* : il dit en effet que c'était l'adjudication des biens d'autrui à un tiers après estimation. Pour compléter cette interprétation, il faut, croyons-nous, ajouter que l'avenantement était l'adjudication faite par privilége soit au seigneur soit au voisin le plus proche : nous pensons que ce doit être assimilé au *jus proximitatis* que nous trouverons plus loin.

mediante factum, quicquid juris, possessionis, proprietatis et sesine ipse Bertrannus et Aanordis habuerant, possederant seu habere debebant et poterant, ex quacunque racione, in quodam jugere terre et vinee que ipse Bertrannus et Aanordis habere solebant et possidere, racione hereditatis dicte Aanordis, prope ortum Henrici dicti Grossin, situm in illo loco qui vocatur Villa Madouc, juxta Villam Monialium, in parrochia supradicta, sub dominio nostro; et quod de precio advenantamenti, et de solucione ipsius precii fuerat ex parte dictorum religiosorum eisdem Bertranno et Aanordi et eorum creditoribus de mandato dictorum Bertranni et Aanordis satisfactum legitime et integre; et quod in dicta Villa Madouc eisdem Bertranno et Aanordi et suis heredibus nichil penitus remanebat; etc. Datum anno Domini M° CC° LXXX° sexto. (*Cart. 87.*)

CCCVI.

Donation de Geoffroi Le Moine, en Plédeliac.

Universis, etc., Gaufridus dictus Monachus, filius Juhelli dicti Lecorgne, salutem et dilectionem in Domino. Noverint universi me, pro remedio anime et salute mee et animarum antecessorum et heredum meorum, dedisse et concessisse in puram et perpetuam elemosinam viris religiosis abbati et conventui Sancti Albini de Foresta, Cist. ord., Brioc. dyoc., omnes decimas meas quas habebam ego et habere poteram et debebam in parrochia de Pledelia, tam in terra mea propria, quam alibi; etc. Datum die martis ante Ramos palmarum, anno Domini M° CC° octogesimo sexto. (*Cart. 178.*) 1286

CCCVII.

Le Pape charge l'official d'Avranches de prononcer sur des spoliations.

Nicholaus, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio officiali Abrincensi, salutem et apostolicam bened. Conquesti sunt nobis dilecti filii abbas et conventus monasterii de Sancto Albino, Cist. ord., quod Gaufridus de Soreya, Petrus Tornemine, Guillelmus de Rupe, Gaufridus de Lo..... milites, et Rollandus Gaufridi, Gaufridus Petri et Gaufridus Le Du, laici Trecorensis et Briocensis civitatum et dioc., super decimis, terris, debitis, possessionibus et rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observare. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome, apud Sanctum Petrum II id. aprilis, pontificatus nostri anno primo. (*Cab. Cornillet.*) 1288

CCCVIII.

Provisions données par le même contre d'autres usurpateurs.

1288 Nicholaus, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio officiali Trecorensi salutem et apostolicam ben. Conquesti sunt nobis dilecti filii abbas et conventus monasterii de Sancto Albino, Cyst. ord., quod abbas et conventus monasterii beate Marie de Bello Loco, ordinis Sancti Augustini, prior Ville Monialium, Petrus dictus Faber clericus, abbatissa et conventus monasterii de Sancto Sulpicio, Petrus de Guerclip, et Gaufridus de Monte Forti, milites, Petrus dictus Diabolus, Gaufridus ejus frater, laici, Macloviensis et Redonensis civitatum et dioc. super decimis, terris, debitis, possessionibus et rebus aliis injuriantur eisdem. Itaque discretioni tue, etc........ Datum Rome apud Sanctum Petrum II. id. aprilis, pontificatus nostri anno primo (1). (*Cab. Cornillet.*)

CCCIX.

1289 *Mercredi après Ste-Agathe. — Pierre, évêque de St-Brieuc, visitant l'église de* Henanbihan, *reçoit les lettres de Jean, abbé de St-Aubin, par lesquelles frère Thomas, moine de cette abbaye, est institué mandataire avec pleins pouvoirs, pendant un mois, pour représenter le monastère. Cette procuration avait pour but principal de régler l'accord qui suit. (Arch. des Côtes-du-Nord. — Cart. 7.)*

CCCX.

Accord entre l'abbaye et A. Goyon.

1289 Universis, etc., Petrus, permissione divina Briocensis episcopus, arbitrator seu amicabilis compositor nominatus et electus a partibus infra scriptis salutem im Domino sempiternam. Noveritis quod cum contencio moveretur inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Albini de Foresta, Cist. ord., Brioc. dyoc., nomine suo, et eorum monasterii ex una parte; et Alanum Goyon, militem, ex altera, super quodam molendino sito apud Matignon, prope manerium dicti militis, in parrochia Sancti Germani, cum ejusdem molendini districtu et pertinenciis, super ipsius molendini restitucioni, ac quibusdam pecuniarum summis, videlicet sexaginta quindecim libris usualis monete, tam ex vendicione equorum, quam racione cujusdam composicionis inter ipsas partes alias facte eisdem religiosis, ut asserebant, a dicto milite debitis; et super assignacione quatuor minarum bladi ad mensuram venalem de Matignon, videlicet duarum siliginis et duarum avene grosse; quarum duarum avene dicebatur ex parte

(1) En 1311, jeudi après l'Epiphanie, Henri *Diabolus* et Olivier Rogon scellaient une charte par laquelle Jean House et sa femme, Catherine, renonçaient à leurs droits sur le moulin à eau de St-Carreuc, en Erquy. Henri *Diabolus*, sur son sceau, avait une tête d'homme et une botte ; Olivier Rogon, un animal fantastique.

1212 Universis, etc., Alanus, comes, Henrici comitis filius, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego, pro redempcione anime mee et successorum meorum, dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam Deo et abbacie beate Marie de Bochian, et monachis ibidem Deo servientibus, septem rasa frumenti in decima mea de Trefmelar, ad mensuram venalem de Lanvalon, per manus eorum qui decimam collegerint vel firmaverint, ad festum Sancti Michaelis, singulis annis percipienda, etc.; hoc factum, etc.; anno Domini M° CC° XII° IV° kalendas Januarii, apud Castrum Androeni (1). *(Scellé par Geoffroy, évêque de Tréguier. — Arch. des Côtes-du-Nord.)*

XXII.

1214 *Georges ou Guillaume de St-Gilles et sa femme donnent quatre mines de froment sur leurs mengières de Ploarec, mesure de Jugon. (Inv. de l'ab.)*

XXIII.

Le duc Pierre donne le domaine de Ranlastre.

1216 Petrus, dux Britannie, comes Richemondis, et Aelis, ducissa Britannie, comitissa Richemondis, universis, etc. Noverit universitas vestra quod nos dedimus et concessimus, pro salute animarum nostrarum, et Constancie comitisse Britannie, et successorum et antecessorum nostrorum, Deo et ecclesie beate Marie de Boquian, et monachis ibidem Deo servientibus, in puram et perpetuam elemosinam, le Ranlastre cum omnibus pertinenciis suis, et quicquid juris in Ranlastre habebamus libere et pacifice in perpetuum possidendum; ita tamen quod de fructu predicte elemosine dicti monachi de Boquian in medio quadragesime habebunt sufficientem pitanciam annuatim, etc. Actum apud Ploarmel, anno Domini M° CC° sexto decimo, mense martii. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

XXIV.

Accord au sujet de la vigne de Sévignac.

1218 Omnibus, etc., Gaufridus Prigent salutem in eo qui est vera salus. Noverit universitas vestra quod cum essem senescallus nobilis viri Petri comitis Britannie in tota terra Rolandi de Dinanno, versa est

(1) La même année, une charte de S., évêque de St-Brieuc, relatait cette libéralité et la confirmait : ce qui prouve que, comme nous l'avons avancé, Sylvestre succéda immédiatement sur le siége de St-Brieuc à Pierre, mort en 1212. — Le 12 décembre 1484, la cour de Goëllo rendait un jugement pour établir que la rente mentionnée dans cette charte était due sur les dîmes de la Roche-Suhart et Montafilant.

contencio inter Gaufridum Batelle, ex una parte, et monachos de Boquian, ex altera, super vinea quadam quam monachi habebant in feodo ipsius Batelle. G. Batelle requirebat ut frutecta circa vineam ex utraque parte auferrentur usque ad fundum fossati; requirebat insuper ab eis ad se vel ad filium suum faciendum militem auxilium, et ad filiam suam maritandam, et quod in curia sua responderent et ei emendam redderent. E contrario monachi dicebant hec omnia se de jure non debere reddere. Super his omnibus facta est composicio amicabilis inter ipsos coram me apud Sevinar : predicti monachi pro bono pacis dederunt predicto G. Batelle xxxiii solidos : predictus G. Batelle com (*sic*) assensu filii sui primogeniti concessit ex utraque parte frutecta circa vineam usque ad chiminos integra remanere; ex parte vero agri arabilis ita provisum fuit ut nec ager perturbetur ad colendum nec clausura vinee prematur. Concessit eciam predictis monachis predictam vineam de cetero possidendam quitam et liberam ab omni calumpnia et exactione, et quod monachi de cetero in curia sua vel suorum post eum non tenebuntur respondere, nec ipsi vel suis monachi auxilium ad militem faciendum nec ad filiam maritandam, nec aliquam emendam, vel aliud aliquod servicium persolvent preter unam minam frumenti ad venalem mensuram de Jugun ei annuatim reddendam et emendam si predicta mina frumenti infra natale Domini non fuerit persoluta; etc. Actum anno Domini m° cc° xviii°. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

XXV.

*Avril. — Esmemart, veuve de Geoffroy du Champneuf, donne tout ce qu'elle a en S*t*-Juvat. (Invent. de l'ab.)* 1220

XXVI.

Des Esgaez de Broons (1).

Omnibus, etc., P., decanus de Plomaudan, salutem in Christo : 1224
litis..... conventus de Boquian contra Robertum de Broon, militem, super hoc videlicet quod dictus abbas et convenctus (*sic*) dice [bant se esse in] veram et diutinam possessionem de Esgaez de Bron in eo quod percipere poterant in eisdem ligna....... proprias quasque habebant vel haberent in parrochia de Bron, videlicet in heremitagio et in..... et ligna mortua ad cremandum et pasturam ad animalium suorum tam porcorum quam al........ offerebant se per testes idoneos probaturos : et hoc idem ex parte dicti militis infirmaretur........ dum decrevimus admoniciones, quibus receptis ordinario jure in omnibus observato...... tis dictus miles...... ut credimus dictos monachos

(1) Le mot *esgaez* ne se trouve pas dans les Glossaires; mais il signifie manifestement ici des bois.

intencionem suam...... sentencia minime expectata a dicta causa penitus se dimisit dicens....... reprobare non poterat nec volebat, et quod ipsi monachi predictam possessionem sicut primitus........ munimen litteras nostras dictis monachis dedimus sigilli nostri munimine....... Domini M° CC° XX° IIII° apud Broum, mense februarii ..... (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

XXVII.

1224 *Mardi après Quasimodo. — Accord devant l'official de l'archidiacre de Penthièvre entre* Geoffroi Angeli, *bailli de Boquen, et Etienne Perrouc, dit Geoffroy : à cause de la* Villa de Lescotouchart, *en Tramain, Etienne s'engage à payer une rente annuelle de 4 boisseaux de froment, mesure de Jugon, aux foires de Dinan* (1).

XXVIII.

Accord au sujet du fief de Trasmachoit, en Broons.

1225 Omnibus, etc., Gaufridus, Macloviensis archidiaconus, etc. Noveritis quod cum contencio verteretur inter venerabilem abbatem et conventum de Boquian, ex una parte, et Alanum Boiere, ex altera, coram judicibus delegatis a domino papa apud Corle, super uno cartengio frumenti annui redditus quod Guillelmus le Corbe contulerat Deo et beate Marie de Boquian in perpetuam elemosinam in feodo suo de Trasmachoit, in parrochia de Broon ; idem Alanus dictum cartengium frumenti et quoddam aliud quod dicti abbas et conventus habebant ibidem de elemosina Galteri de Bellen, ad mensuram veterem de Broenise (*sic*), Deo et dictis abbati et conventui concessit, pro salute anime sue, de cetero in feodo de Trasmachoit, ad natale Domini annis singulis percipiendum et habendum : ita quod supra dicti abbas et conventus in dicto feodo nichil aliud percipient per elemosinam supradictam. Supradicti vero abbas et conventus quittaverunt eumdem Alanum de expensis dedutis (*sic*) in causa supradicta et de excommunicacione in ipsum a dictis judicibus lata per sentenciam dicti....... absolvi ; et in bonis spiritualibus dicte domus eidem participacionem concesserunt, etc. Actum anno gracie M° CC° XX° V° mense januarii. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie de 1347.*)

XXIX.

O. de Pacé engage une dîme en Plouasne.

1231 Ego Oliverius de Paco, miles, notum facio, etc., quod ego invadiavi totam decimam meam du Tregor monachis beate Marie de

(1) En 1339, Jamet Penru, de Tramain, payait un cartenc de froment pour un hébergement qu'il tenait des religieux à la *Villa de Bocs-Julienne.* (*Invent. de l'ab.*)

Boquian super viginti libras currentis monete, in hunc modum quod nisi ego reddidero dictam pecuniam infra festum nativitatis beati Johannis Baptiste in quocunque anno, dicti monachi percipient fructus dicti decime autumpni proximo subsequentis, similiter in singulis annis hec condicio perdurabit, etc. Actum apud Boquian, anno M° CC° XXX° I° in vigilia beati Barnabe apostoli. (*Arch. des C.-du-N.*)

XXX.

Au sujet de la même dîme.

Universis, etc., ego Oliverius de Pace, miles, salutem in Domino. 1231
Noverit universitas vestra quod ego contuli abbacie beate Marie de Bochian et monachis ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et meorum unam minam frumenti in decimam meam de Tregor ab eisdem monachis in dicta decima annis singulis percipiendam, et hanc minam frumenti in puram et perpetuam elemosinam dictis abbacie et monachis contuli et concessi, etc. Actum anno Domini M°CC° XXXI° apud Boquian in vigilia beati Barnabe apostoli (1). (*Arch. des C.-d-N.*)

XXXI.

Aumône de Eudes de Porhoët, en Ménéac.

Universis, etc., Eudo, filius comitis, salutem in Domino. Nove- 1231
ritis me dedisse Deo et abbacie de Boquen et monachis ibidem Deo servientibus, ord. Cist., decem quarteria frumenti in mangeriis meis de Meneac annuatim ad natale Domini percipienda, pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum ad victum unius monachi qui in eadem ecclesia pro remedio anime mee de cetero celebrabit, etc. Anno gracie M° CC° XXX° I°. (*Arch. des C.-du-N.*)

XXXII.

Donation en Trébédan par la famille Lovel.

Universis, etc., Clemens, Dei gracia Dolensis ecclesie minister 1232
humilis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Bertrannus Lovel, miles, concedentibus filiis suis videlicet magistro Guillelmo Lovel, clerico, et Hamone Lovel, milite, dedit Deo et beate Marie de Boquian et monachis ibidem servientibus unum quarterium siliginis ad mensuram venalem Dinani, annui redditus; et assignavit illis

(1) Une charte du lundi après la St-Vincent 1353, rendue presque totalement illisible par l'humidité, fixe un arbitrage entre l'abbaye et Rolland, fils de feu Rolland de « Argentaya », au sujet de leurs parts respectives dans cette dîme, parts qui étaient contestées par Rolland : les témoins de cet acte sont Guillaume Descat, Alain Theobaldi, Jean Markadrer, Jean des Noyers. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

in decima sua de Trebedraon : dicti vero monachi concesserunt dicto Bertranno et heredibus ejus quidquid juris habebant in feodo Ruellani Langevin, militis, defuncti, ex donatione Ermangart, relicte Gaufridi de Caupanone defuncti, ex donatione Gaufridi filii dicte Ermangart pro dicto quarterio siliginis. Nos vero in hoc consentientes ut ratum et stabile; etc. Actum anno gratie millesimo ducentesimo trigesimo secundo. (*Cab. Cornillet. — Copie de 1347.*)

XXXIII.

1232 *Geoffroy Bellamy fait une transaction au sujet d'un champ sis au Tertre, en Plénest, sur lequel est dû 2 boisseaux de froment. (Inv. de l'ab.)*

XXXIV.

Confirmation de l'aumône du sire de Pacé par O. de Québriac.

1234 Universis, etc., magister Gaufridus, filius Ruse, officialis Macloviensis, eternam in Domino salutem. Noverint universi quod Oliverius de Quebriac, miles, et Hauvisia uxor ejus, et Alanus, filius dicte Hauvisie, concesserunt Deo et beate Marie de Boquian et monachis ibi Deo servientibus unam minam frumenti ad mensuram de Becherel venalem, quam Oliverius de Pache, miles defunctus, eidem in vita sua elemosinaverat in sua decima de Tregor (1), annui redditus, in perpetuum possidendam, etc. Datum apud Becherel, anno Domini M° CC° XXX° IIII°, mense junii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

XXXV.

L'abbé de la Vieuville vend une demi-mine de froment.

1236 Universis, etc., frater Raginardus, dictus abbas de Veteri Villa, Cist. ord., salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos, com (*sic*) assensu et voluntate et consilio conventus nostri vendidimus abbati et conventui de Boquian, Cyst. ord., unam dimidiam minam frumenti ad mensuram venalem Dinanni, quam habebamus in Tertre Ysaac in parrochia de Lannandec, de elemosina Bertranni Lovel et Johannis Lovel, militum defunctorum, et concessimus quod dicti abbas et conventus de Boquian illum frumentum in perpetuum possiderent; etc. Actum anno gracie M° CC° XXX° sexto, mense novembris. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

XXXVI.

Au sujet de la dîme de Tregor, en Plouasne.

1237 Universis, etc., magister Gaufridus, filius Russe, officialis Maclo-

(1) Voir la charte XXIX.

viensis, eternam in Domino salutem. Noveritis universi quod dominus Oliverius de Quebriac, miles, cum assensu Havisie uxoris sue et Alani primogeniti dicte Havisie, cepit vigenti libras cursualis monete ab abbate et conventu de Boquian, Cyst. ord., coram nobis super decimam Oliverii de Pache, militis deffuncti, sitam in parrochia de Ploane apud le Tregor, quam dictus Oliverius de Pache, miles, jam predictis abbati et conventui pignori obligaverat super viginti libras usuales monete, rata habent dicti abbas et conventus super dictam xxxii libras, tali condicione interposita quod supradicti Oliverius de Quebriac, miles, et uxor ejus et Alanus filius dicte uxoris dictam decimam redimere possunt; elapso vero quinquiennio dictus Oliverius de Qnebriac, miles, vel uxor ejus vel Alanus, filius dicte uxoris, vel heredes eorum ad dictam decimam jure hereditario pertinentes dictas xxxii libras eisdem abbati et conventui persolvent infra festum Sancti Johannis Baptiste in quolibet anno dicti abbas et conventus percipient fructus decime autompni proxime subsequentis. Similiter hec condicio in singulis annis durabit donec dicta pecunia dictis abbati et conventui ex integre persolvatur : hanc paccionem dictus Oliverius de Quebriac miles juravit et uxor ejus affidavit, et Alanus filius dicte uxoris concessit similiter observare; etc. (1). Datum apud Becherel anno Domini m° cc° xxx° vii° mense junii. *(Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie de la cour de Jugon de 1348.)*

XXXVII.

Aumône de Guillaume du Chastelier, croisé.

Ego Guillelmus dominus de Chasteleir, miles, notum facio omnibus presentes litteras visuris quod ego, anno gracie m° cc° xxx° nono, iter arripiens Jerosolimitanum, concessi et confirmavi per presentes litteras meas omnes elemosinas et donaciones ab antecessoribus meis abbacie de Boquian factas que sunt iste ; videlicet sex mine frumenti in decimis de Syvignac, ad mensuram venalem, singulis annis a me et successoribus meis dicte abbacie persolvende ; et quatuor mine frumenti in mangeriis meis de Ploarec, ad mensuram veterem, similiter persolvende; et dimidia frumenti in molendino meo de Chasteleir, ad mensuram venalem. Et hec omnia per presentes litteras annuo et confirmo. Valete. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)* 1239

XXXVIII.

Anne, dame de Merdrignac, fille de Guynamant, femme en secondes noces d'Alain Rouxel, chevalier, avec le consentement de ce dernier et 1239

(1) Voir la charte XXXIV. — Les Quebriac n'ayant pas de sceau, « *Thome de Riveria* », qui se trouvait présent, y apposa le sien, ainsi que l'archidiacre de Saint-Malo.

de son fils Jean de Beaumanoir, donne à Boquen la dîme de Lescouet, en Lanrelaz. (Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie du XVIIe siècle.)

XXXIX.

1239 *Mars. — Guillaume, archidiacre de Penthièvre, fait connaître que Oren, veuve de Harcoit Beifvin, a engagé à Boquen, pour six sous monnaie, toute la dîme qu'elle possédait à Permoal ou Permoneal, dans le Gouray. (Cab. Cornillet.)*

XL.

Donation de Robert de Langourla, croisé.

1239 Universis, etc., Robertus de Langourla, miles, salutem in Domino. Noveritis quod ego iter arripiens Jerosolimitenum per presentes litteras meas, cum assensu Girardi filii mei, confirmavi ecclesie beate Marie de Boquian et monachis ibidem Deo servientibus unum quarterium siliginis in decimis meis de Langourla, ad mensuram venalem, quod quarterium ego dudum elemosinaveram monachis predictis percipiendum imperpetuum in decimis meis annuatim, nichil michi et heredibus meis retinens preter retribucionem divinam; etc. Actum anno Domini millesimo cc° xxx° nono, mense Julii. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie de la cour de Jugon de 1364.*)

XLI.

1241 *Pierre de* Morzelle, *sénéchal de Penthièvre et de Dinan, fait savoir que Jean Rossignol et Jeanne sa femme ont vendu à Boquen un pré sis dans la paroisse du Gouray, entre la forêt de Boquen et* villa de la Haie, *qui lui venait de sa mère. (Cab. Cornillet.)*

XLII.

Accord au sujet du moulin de Quillіori.

1241 Universis, etc., frater A., dictus abbas et conventus beate Marie de Bokyan, salutem in Domino. Noveritis universi quod nos, de assensu et voluntate Rollandi de Helion, militis, et Thomasse uxoris sue et Johannis et Alani filiorum eorumdem, fecimus quoddam stangnum et molendinum juxta Kylliori (1) super rivulum qui dicitur Kymer, tali pacto apposito quod ipsi et heredes qui eis succedent percipient a nobis annuatim in festo omnium Sanctorum unam minam frumenti ad mensuram Jugonii propter prisiam chalceie a parte terre sue, quam chalceiam faciemus altam prout voluerimus, et propter instagnacionem aque et refluxionem : et eciam propter molendinum sive molendina que ibi fient, in quo vel in quibus poterunt capere nanna pro dicto

(1) Le fief et bailliage de Quillory, avec haute et moyenne justice, dans le Gouray, valait, en 1750, 100 livres 14 s. 9 d. de rente. Le moulin, afféagé dès 1463 à N. Le Vicompte, Sr de Penguily, rapportait 53 livres 5 d.

frumento si non fuerit redditum ad terminum supradictum : concesserunt eciam quod homines eorum in illis partibus de debito tenentur molere ibi blada sua pro moltura, et dicti Rollandus et uxor sua bladum ad hospicii sui usum sine moltura, et ille similiter qui pro tempore erit heres eorum post illud bladum quod erit in tremeia si bladum consimile fuerit, sin autem quam citius poterit comodius fieri. Si autem aliquis dictorum hominum ad aliud molendinum moleret, ipsi vel allocatus eorum sine strepitu protelacione cause compellerent eum ad querelam molendinarii molturam reddere duplicatam et expensas factas in lite refundere : ad hec si molendinum vel molendina ibi non fuerint aliquo casu contingente, et nos illud vel illa non curaverimus reparare, dictis Rollando vel heredibus suis frumentum prehabitum non reddetur sed medietatem piscium dicti stagni sine deterioracione vel ruptura chalceie percipient si hoc magis elegerimus; etc. Actum anno Domini м° cc° quadragesimo primo, mense aprili (1). *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

XLIII.

... après la Nativité de St-Jean-Baptiste. — Ratification de l'acte précédent par Philippe, évêque de St-Brieuc, sur le rapport du chanoine Pierre Hariel, délégué par le prélat auprès de Rolland de Hillion (2). *(Arch. des Côtes-du-Nord.)* 1242

XLIV.

Autre ratification du même acte par Pierre de Lamalor, *chanoine de St-Brieuc*, senescallus in Penteuria. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)* 1242

XLV.

Juillet. — Maître Guillaume Abbas, persona ecclesie de Gorreio, *après discussion, fait un accord par lequel il abandonne à Boquen deux parts des dîmes de* Coithlinex, *d'après l'arbitrage de Simon, évêque de St-Brieuc, et de Hamon, évêque de Tréguier. — En 1247, d'après un acte très-effacé, l'abbé de Boquen transigeait, devant Philippe, évêque de St-Brieuc, avec le sénéchal de Penthièvre, au sujet d'une portion de dîmes en* Coetlines, *que ce dernier réclamait au nom du seigneur de Lamballe. (Cab. Cornillet.)* 1242

XLVI.

Juillet. — La dame de Moncontour et ses enfants donnent un boisseau froment, grande mesure de Moncontour, sur des rentes mengières (3). *(Inv. de l'ab.)* 1242

(1) La charte de Rolland de Hillion, chevalier, de la même date, dans les mêmes termes, est de la même écriture.

(2) Cette démarche de l'évêque montre avec quelle prudence l'Eglise agissait dans ces donations ; combien elle tenait à s'assurer que la volonté du donataire était libre et n'avait pu être surprise.

(3) L'abbaye avait aussi dans la ville de Moncontour une maison, dite « la

XLVII.

Accord au sujet d'un fief en Landehen.

1243 Omnibus, etc., Petrus de Cherment, miles, senescallus domini Hugonis le Brun, filii domini Hugonis de Lezinen, comitis Marchie et Engolesme, in Pentheuria, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur coram nobis, in curia domini Hugonis apud Lambalum, inter Guillelmum de Brolio, filium defuncti Alani Bedou, ex una parte, et Alanum generum Eudonis Clerici de Landehen, militis, pro se et junioribus suis, de feodo Prabarou, in parochia de Landehen, Dolensis dyocesis sito, ex altera; super hoc quod dictus Willelmus dicebat quod dictus Alanus et juniores sui, de feodo Prebarou, erant in obedientia sua et districtu de toto feodo supradicto; et cum dictus Willelmus peteret coram nobis ballium de pueris defuncti Guillelmi fratris dicti Alani, et dictus Alanus diceret quod ipse et Guillelmus frater suus, et juniores sui, dicti feodi erant in obediencia predicti domini de placitis et de omni alio districtu, tam de balliis, quam omnibus aliis feodi supradicti. Et dictus Alanus, et juniores sui dicti feodi dicerent quod ipsi non debebant dicto Willelmo preter quinque perreas frumenti ad mensuram Lambalie; et pro illis quinque perreis tenebatur dictus Willelmus deliberare dictum Alanum et suos juniores erga omnes et garantizare de omni dominio pertinenti feodo supradicto. Tandem compositum fuit inter ipsos in hunc modum quod dictus Alanus et juniores sui dicti feodi dant dicto Guillelmo Bedou pro escambio predictarum quinque perrearum frumenti medietatem tocius decime dicti feodi Prabarou, in parrochia predicta siti, excepta decima Des Haies eidem parrochie quam dictus Alanus et juniores sui non possident in presenti : et sciendum est quod dicte quinque perree frumenti que dicto Guillelmo reddebantur remanent dicto Alano et suis junioribus predicti feodi, et remanet dictus Alanus et juniores dicti feodi in obediencia et districtu domini comitis super omnibus pertinentibus ad dictum feodum, cum assensu et voluntate dicti Willelmi Bedou. Et sciendum est quod dictus Guillelmus Bedou remanet in obediencia et districtu domini comitis de medietate dicte decime de feodo supradicto ; et sciendum est quod dictus Willelmus tenetur reddere pro dictis Alano et junioribus suis exercitum predicti feodi,

maison de Bocquen », ainsi indiquée en 1591 : « Sittuée près de la place appellée le Champ à L'avoir, joinct d'une part à la rue conduissant de la maison Gillette Heslé audict champ ; d'autre à autre rue conduissante de ladicte maison à la cohue aux draps. » Cette maison était alors louée 47 sous par an. En 1524, Alain Visdelou, Sr de Quehelan, devait quatre perrées de fèves à Boquen, à cause des droits du monastère à Moncontour. Depuis les guerres de la Ligue, ces biens avaient disparu.

et servicium presbiteri quod debetur domino comiti supradicto (1). Et sciendum est quod dictus Alanus tenetur facere pueris Willelmi, fratris sui defuncti, dum venerint ad etatem legitimam, tenorem hujus composicionis concedere et gratare super tota porcione sua de feodo supradicto. Et sciendum est quod si dicti pueri dicti Guillelmi nollent dictam composicionem concedere et gratare, dictus Alanus tenetur integrare dicto Guillelmo in dicto feodo pro dictis pueris et reddere dicto Guillelmo totum illud pro dictis pueris quod eis contingeret reddere de dicta decima dicto Guillelmo in feodo supradicto. Et sciendum est quod dicti pueri tenentur reddere dicto Alano totum illud quod reddebant dicto Willelmo Bedou in frumento et omnibus aliis obedienciis, in feodo superius annotato; et sciendum est quod dictus Alanus et juniores sui tenentur dimittere dicto Guillelmo Bedou dictam medietatem dicte decime dicti feodi, et suis heredibus de cetero in perpetuum tamquam (*sic*) jus suum hereditarium pacifice possidendam, etc. Anno gracie M° CC° quadragesimo tercio, mense marcio. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

XLVIII.

Donation de la chapelle St-Maurille, en Morieuc.

Philippus, Dei gracia Briocensis episcopus, etc., salutem in eo qui 1244
est salus. Notum sit omnibus quod nos dedimus et concessimus capellam Sancti Maurilii juxta mare, in parrochia de Morioc sitam, cum situ loci et pertinenciis suis, cum assensu Briencii presbiteri, persone ecclesie de Morioc, viris religiosis abbati et conventui beate Marie de Boquian, Cist. ord., in puram et perpetuam elemosinam, salvo jure matricis ecclesie, quod in eadem capella antiquitus percipere consuevit, et hoc universis significamus. Datum apud Sanctum Briocum anno Domini M° CC° XL° quarto, die lune post *Invocavit me*. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

XLIX.

Privilége par le pape Innocent IV.

Innocencius, episcopus, servus servorum Dei....... monasterii 1245
de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus favorem benevolum impertiri. Ea propter dilecti in Domino........ precibus grato concurrentes assensu ut de blado, vino, lana, animalibus et aliis que aliquociens vendere aut emere vos

(1) Nous reviendrons sur ce service de chapelain dû au seigneur féodal comme le service militaire, et dont les Glossaires ne parlent pas.

contigerit nulla pedagia, vineagia, roagia (1) et alias consuetudines que pro hiis a secularibus exiguntur....... neamini autoritate vobis presencium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hunc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem nostram et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni, V idus junii, pontificatus nostri anno tercio. (*Arch. des C.-du-N. — Vidimus donné en 1334 par Raoul, év. de St-Brieuc.*)

L.

Donation de la dîme du Rochier de Resmenouc.

1247 Philippus, Dei gracia Briocensis episcopus, etc. Noveritis quod in nostra presencia constitutus Oliverius dictus Hengoen dedit in puram et perpetuam elemosinam Deo et beate Marie de Boquian et monachis ibidem Deo servientibus quicquid habebat in decima de Rochier Resmenoc, etc. Actum anno Domini Mo CCo XLo septimo, in die Purificacionis beate Marie. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

LI.

1247 *« Henri Bedo, prêtre, donne deux jesrau de seigle, mesure de Lamballe, sur la dîme acquise par lui au bourg de Landehen. »* (*Inv. de l'ab.*)

LII.

Accord au sujet des crues de l'étang de Quilliori.

1248 Universis, etc., Guillelmus de Haies, miles, salutem in Domino. Noveritis quod ego, cum assensu et voluntate Olive uxoris mee et Rollandi filii mei primogeniti, tradidi et concessi abbati et conventui beate Marie de Boquian, in perpetuum, quicquid stangnum eorum de Quilliori poterit submergere de terra mea usque ad lapidem quondam superius pro meta positum. Quam terram ego et heredes mei tenemur eisdem garantizare contra omnes : dicti autem abbas et conventus tenentur reddere mihi et meis heredibus unum prebendarium frumenti, ad mensuram venalem de Jugon, annuatim, pro terra prius dicta, ad Natale Domini. Quod frumentum dupplicaretur nisi ad dictum terminum persolveretur, capiendo nanna abbatis inveniem ea (*sic*). Et si forte stagnum penitus deficeret, nichil de dicto frumento persolvetur mihi vel meis heredibus, sed terra mea mihi vel meis heredibus libera remaneret. Et si occiosum forte aliquo tempore molendinum fuerit, nichilominus dictum frumentum mihi et meis heredibus a dictis abbate et conventu persolvetur. Et quia sigillum non habeo Herveus Bedo,

(1) Ces droits de péage, de vinage et de rotage (pour l'entretien des routes) représentaient l'ensemble des impôts dont la circulation pouvait être frappée.

decanus Dolensis in Pentheuria (1), litteras istas ad peticionem meam sigillavit, in hujus rei testimonium et munimen. Actum anno Domini M° CC° XL° octavo mense januarii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

LIII.

Accord avec le duc au sujet de la forêt.

Johannes, dux Britannie, comes Richemondie, etc. Noveritis quod 1248
cum contentio verteretur inter nos ex una parte, et abbatem et conventum beate Marie de Bocquian ex altera, super foresta dicte abbatie, compositum fuit in hunc modum : nos et heredes nostri possumus accipere de dicta foresta usagium nostrum ad propria edificia nostra de Jugon construenda et reparanda quoties opus fuerit, et chauffagium nostrum cum in dicta villa erimus. Castellanus etiam de Jugon qualibet septimana potest accipere duas quadrigatas de dicta foresta ad chauffagium suum. Et si forte in dicto castello munitio erit aliquo tempore, sufficiens chauffagium accipere poterit de dicta foresta. Et sciendum quod nos et nostri nichil omnino de dicta foresta possumus vendere vel donare. Nos vero custodiam dicte foreste dictis monachis concedimus et dimittimus, et dicti monachi loco illius forestarii quem ibi habebamus ponent et amovebunt cum voluerint laicum forestarium, qui tamen super fidelitate custodie dicte foreste nobis vel heredibus nostris sit juratus. Possumus etiam dicere dicto abbati cum opus fuerit ut forestarium suum mutet et alium ibi ponat, et ipse ipsum amovebit et ponet alium qui nobis similiter sit juratus : de emendis vero rationabilibus dicte foreste medietas erit monachorum, et altera medietas erit nostra. Predicta autem foresta remanet monachis supradictis ad tractum unius sagitte circa abbatiam libere, et pacifice ubi nichil capiemus : possunt etiam dicti monachi de passagio, herbagio et bosco mortuo dicte foreste stante et jacente suam omnino facere voluntatem. De bosco autem vivo possunt uti ad omnia necessaria sua ita quod de illo non dent neque vendent et ligna que facient incidi perfecte ambleabunt. Scient autem quod dicti abbas et conventus de gracia sua concesserunt nobis quod pro remedio anime nostre, uxoris nostre, et liberorum nostrorum, antecessorum et successorum nostrorum unam capellaniam duorum monachorum construent in abbatia sua perpetuo permensuram. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mense februari (2). (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie du XVI*e *siècle.*)

(1) Nous ferons remarquer ce titre de « Doyen de Dol dans le Penthièvre » ; le Goëllo avait aussi son doyen de Dol, qui était d'ordinaire curé de Lanvollon.

(2) Au milieu du siècle dernier ce droit était ainsi défini : « Les droits de

LIV.

Dons à la chapelle St-Maurille de Morieuc.

1248 Philippus, Dei gracia Brioc. episc., etc. Noveritis universi quod Eudo Dollou, miles, et Beneventa uxor ejus, et Eudo primogenitus filius eorumdem, miles, dederunt et concesserunt in puram et perpetuam elemosinam Deo et capelle Sancti Maurilii in parrochia de Morioc site prope littus maris, totum monticulum in cujus capite sita est dicta cappella, cum terra eidem monticulo adjacente, sicut a mari cingitur in longum, ex meridionali et occidentali partibus usque ad territorium de Pelan; in transversum autem sicut dictus monticulus ab eodem territorio dividitur a littore maris directe usque ad fontem versus ortum solis; et ab illo fonte directe versus meridiom per super quemdam alium fontem usque ad limitem qui descendit de Morioc usque in mare. Hanc autem donacionem concesserunt liberam et quitam ab omni exactione, nichil de cetero in ea reclamantes nisi solummodo retribucionem Dei et participacionem spiritualium bonorum que de cetero fient in abbacia beate Marie de Boquian ad quam, de collacione nostra, capella pertinet supradicta (1); etc. Actum anno Domini Mº CCº XLº octavo. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

LV.

Aumône de Rolland de Guité, chevalier.

1249 Universis, etc., Rolandus de Guite, miles, salutem in Domino. Noveritis quod ego assignavi religiosis viris abbati et conventui beate Marie de Boquian unam minam frumenti ad mensuram de Broon venalem, pro elemosinis defunctarum dominarum Stephanie et Valencie, cujus mine domina Valencia assignaverat dimidiam minam silliginis supra molendinum de Tredyas, domina Stephania assignaverat aliam dimidiam supra terram suam de Tremur. Ego vero dictam dimidiam silliginis commutavi in frumentum et volui quod integra mina frumenti reddatur super dominico meo de Tremur annuatim infra Nativitatem Domini, et hoc esset firmum, etc.; et decanus de Plomaudan (2), ad preces meas, sigilli sui apposuit munimentum. Actum anno Domini Mº CCº XLº nono. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

chauffage, paturage, d'usage de mort et de vif bois dans la forest de Boquen, ledit chauffage au nombre de trente charretées de bois, la charretée de bois à feu pouvant valloir vingt sols, le vif bois n'étant d'aucune valleur, et ne tirant aucun usage de ce droit, le total se réduit à la somme de 34 livres.»

(1) Scellé par l'évêque. — Voir la charte XLVIII. Cette famille Dollo figure aussi dans les chartes de Beauport, vers la même époque.

(2) Il est à remarquer que le mot *dominus* a été biffé devant *decanus de Plomaudan*.

LVI.

L'official de St-Brieuc et Me Pierre de Moncontor, chanoine de St-Brieuc, font savoir que Guillaume Passemene et Pétronille sa femme ont donné à Boquen tout ce qu'ils avaient en droits et domaines en la tache Gobie que pertinent ad molendinum situm apud Plungecheval. *(Cab. Cornillet.)* 1251

LVII.

« *Geffroy Lesseau donne un champ assis en la paroisse de Plenest.* » *(Inv. de l'ab.)* 1252

LVIII.

Vente au duc de la huitième part d'une dîme.

Universis, etc., Guillelmus dictus Guenier, armiger, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego vendidi karissimo domino meo Johanni, duci Britannie et comiti Richemondie, octomagium (1) quod habebam in decima Guillelmi de Gorreio, in Penhaie; et octomagium quod habebam in decima Asgueheneis; et octomagium quod habebam in decima de Rochier; et octomagium quod habebam in decima de Rochoer; et octomagium quod habebam in villa Renbez; et omnia octomagia que habebam et habere poteram in sesina et in jure in omnibus octomagiis decime de Plenehet; pro quibus omnibus octomagiis habui et recipi in pecunia numerata, per manum Gaufridi de Lambalia, clerici domini comitis, et canonici Briocensis, viginti sex libras cursilis monete; bannis factis, vendicionibus pagatis, et omnibus aliis rite actis que empcioni et vendicioni debebant interesse. Ego vero Guillelmus Guenier et Willelmus, filius meus primogenitus, juravimus in curia domini comitis apud Jugon, quod in omnibus octomagiis supradictis aliquid juris de cetero non reclamabimus (2); etc. Datum die martis proxima ante festum beati Thome apostoli, anno gracie M° CC° L° tercio. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)* 1253

LIX.

Mai. — Guillaume d'Avignon, official de l'archidiacre de Penthièvre, fait savoir que Gebert de Sancto Rivoul *et Guillaume Gebert, son neveu, ont renoncé à leurs prétentions sur le moulin que l'abbaye avait à* Plumecheval. *(Cab. Cornillet.)* 1253

LX.

Confirmation du domaine de St-Quia, en St-Gouéno.

A toz ceus qui verront ces lettres, Gefroy de Launay, seneschal 1255

(1) *Octomagium*, que Du Cange croit employé pour *octavagium*, serait, d'après une charte relative à Lannion (D. Lob., II, 432), la huitième partie d'une dîme. Nous reviendrons sur ces « octomages » bretons.

(2) L'écuyer Guenier n'ayant pas de sceau, emprunte ceux de « domini Gervasii de Moscia et domini Jocellini de Tuscha ».

madame la contesse de Lamarche et de Angolesme en Penteure en ycel tens, saluz en Nostre Seignor. Sachiez come contenz fust meu davant nos entre labe de Bocquan e le covent de une partie, et Roland des Retailles et Ollivier son frere de lautre, sus la vile de Seint Queau (1) et sus la terre et le bois, et sus les eves, et sus les homes, et sus totes les autres choses iceux meines porseeint davant le contenz que icel Rolant et icel Ollivier demandeent a aveir. En la fin pez en fut en tel maniere que icel terre et icelles apartenances reveignent a labeie de Boquan et au couvent........ Et a porseer empez pardurablement. Et jurerent icel Roland et icel Olivier que jame en icel contenz dairant dit riens ne reclameront ne par eux ne par autres. Et icel Roland et icel Ollivier cest pez ont fet greer a leur lignages cel est a saveir a cosinz germens et dedeuz. Et que ce seit ferme et estable en testemoine et en garde de ceste chose, je he seelees ces lettres en mon seel a lotrei des partiees, sauve la dreiture madame la comtesse de Lamarche et de Angoulesme et sa sesine. — Ce fut fet en len Nostre Seignor mil et doux cen et cinquante et cinq. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

LXI.

Fondation d'une lampe devant l'autel de la Vierge.

1255 Universis, etc., Mar. domina de Merdrignac, salut. in Domino sempiternam. Noveritis quod ego dedi in puram et perpetuam elcemosinam Deo et beate Marie de Boquian et monachis ibidem Deo servientibus pro remedio anime mee et pro remedio animarum antecessorum et successorum meorum, unam minam frumenti ad mensuram venalem de Merdrignac pro una lampade que pro me et antecessoribus et successoribus meis ardebit jugiter in predicta abbacia ante altare gloriose Virginis Marie, percipiendam annuatim a dictis monachis libere et pacifice in horreo meo de Merdrignac, in crastino omnium Sanctorum, etc. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie du XVIIe siècle.*)

LXII.

Rente pour le pain et le vin de la messe.

1255 Universis, etc., Mar. domina de Merdrignac et Johannes dominus de Beaumanoir, miles, filius suus primogenitus, salutem in Domino

(1) Le fief et bailliage de St-Quia, en St-Gouéno, rapportait, en 1750, 12 fr. 16 s. en seigle, 13 fr. 14 s. 2 d. en argent, 3 fr. par suite de l'afféagement d'une rente située auprès du village du même nom. L'abbaye percevait en outre 12 fr. environ d'oblations faites à la chapelle St-Quia, mais cette somme était employée à l'entretien du bâtiment même, du luminaire et des ornements.

sempiternam. Noveritis nos dedisse in puram et perpetuam elemosinam Deo et beate Marie de Boquien et monachis ibidem Deo servientibus pro animabus nostris, et animabus antecessorum et successorum nostrorum tres minas frumenti, ad mensuram venalem de Merdrignac, pro pane et vino ad consecracionem Domini sacramenti in eadem abbatia perpetuis temporibus percipiendas a dictis monachis libere et pacifice in horreo nostro de Merdrignac, in crastino omnium Sanctorum; etc. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo quinto. (*Arch. des C.-du-N.*)

LXIII.

Aumône de Olivier de Plessala, écuyer.

Universis, etc., Oliverius de Plessala, armiger, salutem in Domino. 1255
Noveritis quod ego dedi, cum assensu et voluntate Guillelmi filii mei primogeniti, Deo et beate Marie de Boquian et monachis ibidem Deo servientibus, unam perream siliginis ad mensuram venalem de Moncontor, in decima mea de Sancto Dudi, sita in parrochia de Plesala, pro remedio anime mee, antecessorum et successorum meorum, percipiendam a dictis monachis annuatim in decima nominata; etc. Actum anno gracie M° CC° quinquagesimo quinto, mense julii (1). (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

LXIV.

Aumône de G. Fessart, bourgeois de Lamballe.

Universis, etc. Gaufridus Fessart, burgensis de Lambalia, et Petro- 1256
nilla uxor ejus, salutem in Domino. Noveritis quod nos, de communi assensu, dedimus in puram et perpetuam elemosinam, pro remedio animarum nostrarum et pro remedio animarum antecessorum et successorum nostrorum, abbacie beate Marie de Boquian, Cyst. ord., et monachis ibidem Deo et beate Marie servientibus, unum campum fossatis inclusum, situm juxta herbergamentum Stacie relicte Rochot in parrochia de Plenodio, etc. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras ego Gaufridus Fessart pro me et pro uxore mea dictis monachis sigillo meo tradidi sigillatas. Datum apud Pleneest, die mercurii proxima post Ascencionem Domini, anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie de la cour de Jugon de 1347.*)

(1) Scellé par Eudes Le Moine, chevalier. — Le 16 février 1482, un acte de la cour de Moncontour fait connaître qu'à cette époque la dîme de St-Dudy appartenait à Artur de Quengo, Sr de la Ville-Gourio, qui ne payait pas la rente à l'abbaye : la charte originale était alors scellée d'un « seau ou qu'il y a *en ung chieff trois macles* que on dit estre le seau des armes dont usoit feu messire Eon Lemoenne, chevalier ». (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

LXV.

1256 *Décembre. — Etienne Vetart*, presbiter, persona ecclesie de Gomene, *ratifie la donation faite à Boquen par son frère aîné, Thomas Vetart, moine de l'abbaye, et consistant dans un* cartengium *de froment, mesure vénale de Sévignac, sur le fief Bordon, dépendant du domaine de Jean, fils de Rolland de Hillion ; plus 12 deniers de rente sur deux* plateis *sises entre l'église de Sévignac et* domum Presbiterii, *sous le domaine de Guillaume de Chasteler, chevalier, et celui de Pierre Forre. — L'acte de donation de Thomas Vetart, clerc, est rédigé dans les mêmes termes. (Cab. Cornillet.)*

LXVI.

Accord au sujet de la forêt de Boquen.

1257 A toz ceus qui ces lectres veront ou orront Estace Piedevache, chevalier, senescal de Plormael e de Broarec en icel tens, salu en Nostre Seignor. Come contenz fust par devant nos a Ploearmel entre labe e le covent de Boquian dune part, e dom Alen Prigent, chevalier, e tos ses enffans e Guillaume de Bodan son gendre de lautre, sor ce que il demandaent lor usage a la forest de Boquian et par dreiture ; e labe e le covant disaent que il navet point de dreture e en avaient le letres dom Jefre Prigient perre a icelui Alen Prigent, e aveeint tant epletie le moiens par devant nos en la cort le conte de Breitagne sens que il fust jugie que il ne avaient rens en icel usage par dreiture e en avaient le letres de la cort le conte de Breitagne seelees o jugemant e en aveient prove icel abe e icel covent lor coz o jugement duque a cent livres e aveint de la porve feste les letres de la cort. A la parfin fust pez fete entre eus en tiele maniere que icelui Alen e ses effanz e Guillaume de Bodan devant dit jurerent que james en icele forest de Boquian rens ne demunderont par usage, ne par dreiture. Si par achat ou par echaete ne lór vient ou par doneison de qui fere le peust par dreit e fust accorde e gree que totes les rantes e les obeisances e les redevances lequeles labe e le covant devant dit deveient a icelui Alen o as seous remeigneient a icelui abe e au couvant de Boquian, a toz jorz mes empez por les maus e por les domages que il lor aveient fet, e por les couz que il aveient mis ou plet. E fust la pez fete e graee de eus e des lor e juree. E si il aveneit chose que dom Alaen Prigent ne Guillaume de Bodan son gendre alasent a contre cete pez devant dite, e il ne vosisent obeir au jugement de la cort le conte de Breitagne, il otraient que il fussent traitre provez e dame Gervaise, Olivier Prigent, Colete e Robin effanz dudit Alen Prigent octraient que se il aveneit chose que il alassent a contre cete pez devant dite e il n'en vosisent obeir au jugemant de la cort le conte de Breitagne, il octraient que il en fausent parjures provez ; etc. Ce fust fet sauve la dreiture au conte

de Breilagne e sa sesine an totes choses en len de graice miliesme du centiesme e cinquante e seit, ou meis de maie (1). (*Arch. des C.-du-N.*)

LXVII.

Vente des dîmes de Maroué au duc.

Eudo, archidiaconus Penteurie in ecclesia Brioc., salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presencia constituti Petrus de Maroy, armiger, Johannes, Oliverius, Rivallonus, fratres filii Juhelli de Maroy deffuncti, recognoverunt se vendidisse, cum assensu et voluntate Sibille matris eorum, nobili viro domini Johanni duci Britannie omnes decimas suas de Maroy, de Sancto Melano de juxta Lamballie, et de Bosquily, et de Sancto Yvioco, et omnes alias decimas suas sitas in parrochia de Maroy totum pro toto, domino dicto duci et suis heredibus jure hereditario in perpetuum pacifice possidendas, tenendas et habendas, bannis factis et omnibus aliis rite factis que emptioni et venditioni debent interesse ad usus et consuetudines Britannie. De precio cujus vendituris dicti fratres coram nobis se tenuerunt integre pro pagatis; etc. Datum anno Domini M° CC° L° septimo. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Vidimus de l'évêque Symon de 1267.*) 1257

LXVIII.

G. Corbel donne à J. Le Roux une dîme au Gourray.

Universis, etc., Guillelmus Rious (2), tunc temporis senescallus de Jugon, salutem in Domino. Noverint universi quod Gaufridus Corbel dedit et concessit coram nobis Johanni dicto Rufo, clerico, pro bono servicio suo jam impenso, totam suam decimam de Corberia (3) in castellaria de Jugon, et mangerium et dominium ejusdem decime, et quicquid juris et possessionis habebat et habere debebat et poterat in eadem decima, dicto Johanni clerico et suis heredibus, supradictam decimam et donacionem totum pro toto tanquam jus suum de cetero in perpetuum possidendam; etc. Actum anno Domini M° CC° L° et VIII°, mense februarii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1258

(1) Scellé du sceau de « Guillaume de Rio ou Rious, sénéchal de Jugon », et de celui de « dom Alen Prigent, chevalier ».

(2) Sur une copie de la cour de Jugon de 1353, on lit « Guillelmus de Rous » : cette charte y est classée à l'an 1253.

(3) L'Inventaire mentionne, sans indiquer la date, un acte de procédure dans lequel un certain Olivier se donne ainsi que ses biens à l'abbaye : ces biens étaient dans le fief du S[r] de la Corbière, qui releva plus tard du fief du Parc. — Nous ferons remarquer l'expression de *castellaria*, rarement employée en Bretagne à cette époque ; nous ne nous souvenons de l'avoir vue qu'à propos de la châtellenie de Minihi-Briac, dans une charte de Coëtmalouen.

LXIX.

1258 *Une charte du même temps et toute semblable à la précédente, passée devant Eudes, archidiacre de Penthièvre, relate la même donation de la dîme et des mengières de la Corbière, faite au même clerc, par Robert Corbel. (Arch. des Côtes-du-Nord.)*

LXX.

Fondation par Brien de Boismoran.

1259 Universis, etc, Briencius de Nemore Moran, salutem in Domino. Noveritis quod ego confero et concedo, cum assensu et voluntate Magerie uxoris mee, unum cartengium frumenti, ad mensuram Dinani, in feodo prepositi de Sancto Turiano, Deo et abbacie beate Marie de Boquian et monachis ibi Deo servientibus, pro anima mea et uxoris mee et antecessorum nostrorum quod Stephanus Villicus, miles, primo contulerat dicte abbatie in elemosinam in perpetuum possidendam; et ut ad majorem certitudinem firmaretur, ego et uxor mea juravimus hoc tenere coram Guillelmo Lehir, tunc temporis priore de Corsout preces qui ad meas istas litteras sigillo sigillavit, in hujus rei testimonium et munimen. Datum anno Domini M° CC° L° nono. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie de la cour de Jugon de 1347.*)

LXXI.

Echange avec Guillaume Miguerit, en Broons.

1259 Universis, etc., frater Guillelmus, dictus abbas, et conventus de Boquian, salutem in Domino. Noverint universi quod nos tradidimus Willelmo Miguerit, in escambium, duas riotas (1) que erant juxta herbergamentum Radulfi Giquel, pro hoc quod habebat vel habere poterat in clauso quod est inter herbergamentum nostrum de heremitagio et clausum de Laneze, possidendas jure hereditario quiete et pacifice et habendas a se et a suis heredibus, obediendo nobis de dictis riotis sicuti obediebat de clauso nobis pro duabus riotis escambiato et pro additamento terre sue, sicut divisum est et bonnatum a fossato nostro de Laneze usque ad fossatum Radulfi Gicquel; in hujus rei testimonium et munimen presentes litteras dicto Willelmo Miguerit tradidimus sigillo nostro sigillatas. Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo nono, mense augusti. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

LXXII.

1260 *Avril. — Etienne, doyen de Montfort, fait savoir que Amicie, veuve*

(1) Pour cette division de terre, dont on chercherait vainement l'évaluation dans les Glossaires, voir notre tableau des anciennes mesures.

de Geoffroi de Tregene, chevalier, avec le consentement de Guillaume son fils aîné et d'Agathe sa bru, a donné à Boquen tout ce qu'elle avait de droits sur le moulin de Guillaume de Insula, *écuyer; ce moulin était nommé* molendinum domine Aeme, *et était situé* in alueo Rencie, *paroisse de* Chedilac. — *En 1280, Guillaume* de Insula, *alors chevalier, reconnaissait devoir 2* cartengia *de froment sur ce moulin, mesure de St-Méen, à cause du tiers qui appartenait à l'abbaye. (Cab. Cornillet.)*

LXXIII.

Donation par Rolland II de Dinan.

Universis, etc., Rolandus de Dynano, miles, salutem in Domino. 1260
Noveritis quod nos concedimus et confirmamus abbacie de Boquian et monachis ibidem Deo et beate Marie servientibus, Cist. ord., Brioc. dioc., grangiam suam de Sancto Coadroco, cum vineis suis de Sancto Coadroco et de Sevignac et aliis dicte abbacie et grangie pertinentibus, et decimam suam sitam in parochia de Plemet absque ulla redibicione, etc. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

LXXIV.

Aumône de Eudes de Plumaugat, chevalier, en Caulnes.

Universis, etc., Eudo de Plo[maugat, miles, et Gaufridus] filius 126...
ejus primogenitus, salutem in Domino. Noverint universi quod nos......... voluntate dedimus in puram et perpetuam elemosinam Deo et beate Marie [de Boquian, Cist. or]din. et monachis ibidem Deo servientibus pro remedio animarum nostrorum [antecessorum] et successorum nostrorum tres minas bladi, unam frumenti, aliam siliginis et aliam [avene in decima nostra] de Quemecle sita in parrochia de Kaune, in qua decima dicti m[onachi]........ undecim minas bladi ex dono bone memorie Gaufridi........... tercia parte frumenti, tercia parte siliginis et tercia parte avene.............. in dicta decima annuatim quatuordecim minas ad mensuram.......... Et quicunque dictam decimam trauxerit dabit dictis monachis....... reddendis dictis quatuordecim minis bladi eisdem monachis annuatim.............. de decima supradicta; etc. Datum anno Domini M° CC° LX...... mense aprilis (1). *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

(1) Eudes de Plumaugat n'ayant pas de sceau, se sert de celui de Guillaume du Chastelier, chevalier. — Par un acte de 1432, Guillet Cherpin, de la paroisse d'Yvignac, Sr de la Touche-Cherpin, donne en aumône à l'abbaye deux des quatre mines de seigle, mesure de Broons, que celle-ci lui devait au *treit de Clemecle*, en la paroisse de *Caune*. Il y avait droit du chef de sa femme, Jeanne de La Motte, alors défunte. Sur les débris du sceau de G. Cherpin, on voit trois pommes de pin, 2 et 1.

LXXV.

Au sujet du reflux de l'étang de Quilliori.

1261 Universis, etc., Guillelmus de Sepibus, miles, salutem in Domino. Noverint universi quod nos, cum assensu et voluntate Olive uxoris nostre non coacte, vendidimus religiosis viris abbati et conventui de Boquian, Cist. ord., unum prebendarium frumenti, annui redditus, quod percipiebamus annnuatim a dictis monachis pro refluxione stangni sui de Quilliori, pro sex libris monete currentis, nobis jam persolutis et vendis. Et remanet dictis monachis de terra nostra usque ad metam positam inter nos et dictos religiosos jure hereditario in perpetuum pacifice possidendum; etc. Actum anno Domini M° CC° LX° primo, mense maii (1). (*Cab. Cornillet.*)

LXXVI.

Au sujet du reflux de l'étang de l'Hermitage, en Broons.

1262 A toz ceus qui verront ou orront ces letres, monseignor Eon de Plomagat, chevalier, e G[efre de Plomagat, salut en Nostre] Seignor. Sachent toz que Pierres Goziou, Pierres Audison, Robert Peisson, Joan Nem....., Robert Acot, Gefre Boterel, Gefre Grofart e Guillaume Pilart ont done par davant n[ostre cort.....] a De e a leglese de Nostre Dame de Boquian e as moines que il servent damede en p........ lor ames e por les ames de lor anceiseors e de ceus qui sont apres eux avenir......... il descent en lestancq as moines de sudiz, qui est asis entre lermitage de Broon e.......... descent de Lanbrehan a leve; e outre deca la terre de Lescobliere, si come il est bon.......aiere, que le refoul de lestancq as moignes de sus diz por venir dusque as bo...... de eus e des lor, e quant leve de lestancq du sus dit sapeticera il poent prendre.......... des moignes e des lor; e se il aveneit que desrif fust quemunal par pais e be....... dites il ne porreint mie en achesoner les moines desuzdiz tant come le derr....... par pais. E nos ceste doneison bien e resnablement fete otreion e confermon as moignes a toz jorz mes; e se il aveneit que le refol de lestancq as moignes desusdiz passast les bonnes desusdites dusques a dous hautees les teneors e nos ni porrien metre contenz; e se il aveneit que leve se retreist, nos e noz teneors i porrien prendre lerbe e le bois senz contenz des moignes e des lor; mes se il aveneit que les moines peusent tant fere vers les teneors desus diz que il eusent le boeis e lerbe si come il est bonne a feu e a heritage

(1) Guillaume n'ayant pas de scel, fait apposer celui de son frère, Olivier Des Haies.

a trez jors, mes nos serien tenuz a en doner noz letres a iceus moines senz contenz que nos i peusien metre (1); etc. Ce fut fet en lan Nostre Seignor mil e dous cenz e seisante e doux, ou meis de avril. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

LXXVII.

Don d'un canal par Jehan Pilart.

Universis, etc., Gaufridus, decanus de Plomaudan, salutem in Domino. Noverítis quod, in nostra presencia constitutus, Johannes Pilardi dedit in puram et perpetuam elemosinam, cum assensu et voluntate Tephanie uxoris sue, Deo et abbacie beate Marie de Boquian et monachis ibidem Deo servientibus, quidquid habebat et habere poterat in alveto qui vocatur alvetus molendini, sito in parrochia de Broon, inter chalceatam et molendinum religiosorum virorum abbatis et conventus predicte abbacie, pro remedio animarum suorum antecessorum et successorum suorum, etc. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo secundo. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1262

LXXVIII.

Aumône de la famille Dollou, en Sévignac.

Universis, etc., Robertus de Margarou, tnnc temporis capellanus de Sevignac, salutem in Domino. Noverit universitas quod in nostra presencia constitutus Johannes Dollou, filius Guillelmi Dollou, recognovit quod religiosi viri abbas et conventus beate Marie de Boquian, Cist. ord., habebant in decima sua de Sevignac unum cartengium frumenti, annui redditus, ad mensuram venalem de Sevignac, ex dono Doiete matris sue; etc. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo tercio, apud Lagoire, die Domini in festo Fabiani et Sebastiani. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie de la cour de Jugon de 1347.*) 1263

LXXIX.

Eudes, archidiacre de Penthièvre, fait savoir que Jeanne, fille de feu Geoffroi de Plesseiaco Roaudi, *chevalier, reconnaît que feu Rolland de* Plesseyaco, *chevalier, avait donné à Boquen une perrée de froment, mesure de Lamballe, sur la terre du Plessis-Rouaud, en Maroué. (Cab. Cornillet.)* 1263

LXXX.

Jeanne, fille de Geoffroi du Plessis-Rouaud, donne en aumône à l'abbaye une rente annuelle d'une perrée de froment, mesure de Lamballe, à prendre sur la terre du Plessis-Rouaud. (*Vidimus du mardi après la Ste-Catherine. Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1263

(1) Cette charte est encore scellée par Guillaume du Chastelier, Eon de Plumaugat n'ayant pas de sceau.

LXXXI.

Aumône de Gervais de la Moussaie, chevalier.

1264 Universis, etc., Gervasius de Mulxera, militi (*sic*), salut. in Domino. Noveritis quod nos, amore Dei et pietatis intuitu, contulimus et concessimus in puram et perpetuam elemosinam Deo et beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., et monachis ibidem Deo servientibus, pro remedio anime nostre, uxoris nostre, antecessorum et successorum nostrorum, unum prebendarium siliginis, annui redditus, ad mensuram venalem de Jugonio, percipiendum annuatim in promptuario nostro de Mulxera a monachis supradictis, infra festum Sancti Michaelis in Monte Gargano. Datum mense marcii, anno Domini m° cc° sexagesimo quarto. (*Arch. des Côtes-du-Nord.— Copie de la cour de Jugon de 1402.*)

LXXXII.

1264 *Henri de Montfort donne une juste de froment de rente, mesure de Saint-Brieuc, sur sa terre et maison de la Ville-Tanou, en Tregledec.* (*Inv. de l'ab.*)

LXXXIII.

1264 *Décembre. — Charte, en partie rongée, par laquelle Eudes et Guillaume de* Morioc, *frères, avec l'assentiment de Thomase et de Jeanne, leurs femmes, engagent à Boquen toute leur dîme, sise en la paroisse de Morioc, pour 13 livres de monnaie courante. Eudes et Guillaume recouvreront leur dîme après remboursement dont le terme n'est pas fixé, mais qui, chaque année, ne pourra avoir lieu qu'après la St-Jean-Baptiste. Comme ils n'ont pas de sceaux, ils se servent de celui de Eudes Visdelou, chevalier.* (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

LXXXIV.

1265 *Mai. — Gilles, recteur de St-Vran* (persona de Sancto Verano), *fait savoir que* Staicia, *fille de Chergavin et femme de Guillaume Haucope, a aumôné à Boquen un* cartengium *de seigle, sa vie durant*, ad mensuram usualem, *et un autre* cartengium *après son décès, sur sa dîme sise en St-Vran.* (*Cab. Cornillet.*)

LXXXV.

1265 *Alain Gautier, prêtre de Trébry, donne une perrée de seigle, mesure de Moncontour, sur son fief de Fonfroid, rente payable à la St-Michel.* (*Inv. de l'ab.*)

LXXXVI.

1266 *« Guillaume Audret renonce à ses prétentions sur la dîme de feu Guillaume Pinart, en Morieuc. »* (*Inv. de l'ab.*)

LXXXVII.

Aumône de Philippe Lemoine Garengier.

Symon, Dei gracia Briocensis episcopus, etc. Noverint universi quod, in nostra presencia in jure constitutus, Philippus dictus Legariengiere, monachus in abbatia beate Marie de Boquian, Cist. ord., recognovit se fecisse testamentum suum quum accepit habitum religiosum, et contulisse dicte abbacie et monachis ibidem Deo servientibus, in puram et perpetuam elemosinam, omnes decimas suas sitas in tenemento Mehoy, in Ladelesaye, in La...... in Bella.... in tenemento Hamonel, in parrochia de Goureyo, etc. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo sexto. (*Copie de la cour de Jugon de 1405.*) 1266

LXXXVIII.

Acquisition du domaine du Lysou, en Sévignac.

Universis, etc., Sybilina, relicta Willermi Rabaste, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presentia constituti, Willesot, Johanna uxor Willelmi Morel, Eudo frater dicte Johanne, Ysabella filia Havisie de Viridario, mater dicte Johanne et dicti Eudonis, et Petronilla filia Johannis Guehenoc, uxor Roberti Paumier, communi assensu et pari voluntate Willermi Morel et Roberti Paumier maritorum dictarum Johanne et Petronille, vendiderunt religiosis viris abbati et conventui beate Marie de Boquian quicquid juris et possessionis habebant et habere poterant et debebant, totum pro toto, in feodo de Lysou sito in parrochia de Sevignac, sub dominio nostro pro quatuor libris monete currentis jam sibi persolutis; bannis factis, vendicionibus persolutis et omnibus que emptioni et vendicioni pertinent rite actis secundum usus et consuetudines Britannie; etc. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo sexto, mense januarii (1). (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1266

LXXXIX.

Charte relative à la même acquisition.

Universis, etc., Sybilina, relicta Willermi Rabaste, salutem in Domino. Noverint universi quod in nostra presencia constituti Gaufridus Lovel et Havisia ejus uxor filia Roberti de Lacrane, et Johanna uxor Radulphi Martini, communi assensu et pari voluntate, vendiderunt religiosis viris abbati et conventui beate Marie de Boquian quicquid juris et possessionis habebant et habere poterant et debebant, totum pro toto, in feodo de Lysou sito in parrochia de Sevignac sub dominio 1266

(1) La veuve, n'ayant pas de sceau, fait sceller par son frère, Olivier Menasac.

nostro, pro quatuor libris monete currentis jam sibi pagatis; bannis factis, venditionibus persolutis, et omnibus que emptioni et venditioni pertinent rite actis secundum usus et consuetudines Britannie; etc. Dictis religiosis tradidimus sigillo Oliverii Menasac fratris nostri ad preces nostras sigillatas quia proprium sigillum non habebamus. Datum anno Domini Mº ccº sexagesimo sexto, mense januarii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

XC.

Renonciation à une dîme en Morieux.

1267 Universis, etc., Rollandus, capellanus de Morioc, et Petrus dictus Heremita, presbiter, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Willelmus Andree juravit quod nunquam per se vel per alium impediet decimam que fuit Willermi Pinart presbiteri, que modo est in manu domini comitis Britannie et sesina, si abbas et conventus de Boquian de manu dicti comitis retrahere potuerint quoquomodo; etc. Actum et datum anno Domini Mº ccº sexagesimo septimo. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

XCI.

Le duc de Bretagne échange des dîmes avec l'abbaye.

1267 Universis, etc., Johannes dux Britannie, salutem in Domino. Noveritis quod cum religiosi viri abbas et conventus de Bosquien, Cist. ord., Brioc. dioc., monasterii sui utilitatem pensantes ratione cujusdam excambii inter nos et ipsos prolocuti et facti quadraginta octo minas frumenti et dimidiam annui redditus, quas percipiebant apud Becherel nobis duxerint assignandas, nos vero vice mutua in recompensacionem dictarum quadraginta octo minarum et dimidie, eisdem abbati et conventui nomine sui monasterii ratione excambii tradidimus et assignavimus, cum assensu et voluntate Johannis et Petri filiorum nostrorum, videlicet omnes decimas nostras sitas in parochia de Maroy, quas habuimus a Rolando de Hilion milite et uxore sua et a Petro de Maroy et matre sua et fratribus suis et uxore sua, decimam quam habuimus a Johanne Piron sitam in parochia de Sancto Albano, decimam quam habuimus ab Alano Le Dinaye et suis sitam in parochia de Sancto Arano, et decimam quam habuimus a Guillermo Pinart, de Moriouc, presbitero, sitam in parochia de Moriouc in castellania Lamballie: tradidimus etiam et assignavimus dictis religiosis nomine sui monasterii quinque minas siliginis annui redditus, quas percipimus super toto feudo Hamonis Le Beauyer ad mensuram de Jugonio venalem, et totum ommagium quod habemus in parochia de Plenest, promittentes nos ipsis abbati et conventui eorumque successoribus in dicto monasterio dictas decimas et dictum ommagium ad

proprios sumptus nostros garantizare et defendere contra omnes : ad que nos et filii nostri omnia bona nostra sponte et specialiter obligantes. In cujus rei testimonium et munimen eisdem religiosis dedimus presentes litteras sigillo nostro una et sigillis Johannis et Petri filiorum nostrorum sigillatas, et tenemur tantum facere ut dicti religiosi habeant litteras Domini episcopi Briocensis et capituli Briocensis, et litteras personarum ecclesiasticarum, in quibus dicte decime continentur de premissis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo. *(Arch. des Côtes-du-Nord.— Copie du XVe siècle.)*

XCII.

« Pierre du Houre donne un cartault de seigle, mesure de Lamballe, sur les dîmes qu'il a en St-Vran et en Gomené. » *(Inv. de l'ab.)* 1268

XCIII.

Vente des biens de Etienne Vetart, prêtre.

Universis, etc., Sibilina, relicta Guillermi Rabaste, salutem in Domino. Noveritis quod cum abbas et conventus beate Marie de Boquian, Cist. ord., haberent in pignore quicquid Stephanus Vetart, presbiter, habebat et habere poterat possessionis, juris et proprietatis in parrochia de Sevignac, sub dominio nostro, pro xii libris monete currentis quas dictus Stephanus Vetart dictis abbati et conventui debebat de bono debito et legali, et tenebatur persolvere dictas xii libras eisdem religiosis infra nondinas Dinanni proximo transantas (*sic*), alioquin possent exponere venditioni dictum pignus : noveritis quod dicti religiosi pro defectu solucionis dictarum xii librarum exposuerunt venditioni coram nobis quicquid possessionis, juris et proprietatis dictus Stephanus Vetart, presbiter, habebat et habere poterat et debebat in dicta parrochia sub nostro dominio; et bannis factis et vendicionibus persolutis et omnibus aliis que ad empcionem et vendicionem pertinent rite actis secundum usus et consuetudines Britannie, remansit dictis religiosis et monasterio beate Marie de Boquian quicquid juris, possessionis et proprietatis habebat et habere poterat totum pro toto dictus Stephanus Vetart in parrochia supradicta sub nostro dominio pro dictis xii libris inperpetuum jure hereditario pacifice possidendum et habendum; etc. Datum anno Domini m° cc° sexagesimo octavo, mense maii (1). *(Arch. des Côtes-du-Nord.)* 1268

XCIV.

Mardi avant la Pentecôte. — Jacques Jocelini, *écuyer, donne à Bo-* 1268

(1) Scellé, comme ci-dessus, par le frère de Sibille.

quen tout ce qu'il a dans la paroisse de Sévignac, racione Stephani Vetart, persona de Gomene, *sous le domaine de Guillaume de Casteler, chevalier; de Sibilline, veuve de Rabaste; de Pierre Forze; de Jean Bechemie; de Guillaume Bataille et de Jean de Hillion, écuyer. (Titre à moitié détruit. (Cab. Cornillet.)*

XCV.

Echange entre les abbayes de St-Melaine et Boquen.

1268 Universis, etc., Johannes, dux Britannie, salutem in Domino. Noveritis quod nos promittimus et tenemur nos et heredes nostri garantizare religiosis viris abbati et conventui monasterii S. Melanii Redonensis, et eorum monasterio, illud escambium quod habuerunt nomine nostro a religiosis viris abbati et conventu de Boquian, Cist. ord., Brioc. dyoc., videlicet decimam de S. Melanio de juxta Lambaliam quam ipsi religiosi de Boquian habuerant a nobis, et quam decimam habuimus a Petro de Maroe armigero, et ad hoc nos et heredes nostri in perpetuum obligamus (1); etc. Actum et datum mense julii, anno Domini M° CC° sexagesimo octavo (2). *(Cart. de St-Melaine, f° 80.)*

XCVI.

1269 *Samedi après St-Hilaire. — L'official de St-Brieuc fait savoir que Guillaume* Nigri, *écuyer, fils et héritier principal de Guillaume* Nigri, *chevalier, reconnaît qu'il doit à Boquen, chaque année, le jour de St-Michel* Monte Gargano, *une perrée de froment, mesure de Moncontour, sur le* feodus prepositorum, *à la* Villa Pagani, *en* Quessoyo. *(Vidimus de la châtellenie de Jugon de 1317. — Cab. Cornillet.)*

XCVII.

Donation au fief de la Perdrière.

1269 Universis, etc., Simon, Dei gracia Brioc. episc., salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presencia constitutus, Willelmus dictus Malescot, non coactus sed spontanea voluntate, dedit in puram et perpe-

(1) D'après une note de l'Inventaire de l'abbaye, il existait une copie faite en 1347 d'un acte par lequel Pierre de Maroué, fils de Juhaël, et ses frères vendaient au duc Jean les dîmes qu'ils possédaient en Maroué, St-Melaine, le Bois-Quilli et *St-Inieuc*. — En 1750, l'abbaye avait encore plusieurs dîmes en Maroué, notamment celle de l'*Epinette*, levée à la douzième gerbe: une année, l'abbaye en percevait les deux tiers, mais elle devait au Sr de Carlan 24 boisseaux de seigle mesure de Lamballe, et au Sr de Queferon 9 charretées de paille; l'année suivante, l'abbaye ne touchait qu'un tiers, mais elle n'était alors astreinte à aucune redevance. Elle n'avait que le neuvième de la dîme du Chemin-Perrouc; elle avait aussi le neuvième des traits de St-Gernouin et de Cramagnan.

(2) Le cartulaire de St-Melaine, aux fos 84, 97 et 99, donne l'acte d'échange par Guillaume, abbé de Boquen, et sa confirmation par le chapitre de St-Brieuc et l'évêque Simon.

tuam elemosinam quidquid juris possessionis et proprietatis habebat et habere poterat, totum pro toto, in feodo de Laperdriere, sito in parrochia de Pleneet, sub dominio Hamonis le Daneis, Deo et beate Marie de Boquian, et monachis ibidem Deo servientibus, pro remedio anime uxoris sue, antecessorum et successorum suorum, etc. Datum die veneris proxima post festum beati Vincencii martyris, anno Domini M° CC° LX° nono. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

XCVIII.

Confirmation des aumônes des sires de Merdrignac.

Universis, etc., ego, dominus de Medregniac et de Beaumanoir, miles, salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod ego donacionem illam quam Robertus bone memorie, quondam dominus de Medregniac, miles, avunculus meus, et Anna, mater mea, quondam similiter domina de Medregniac, fecerunt Deo et beate Marie et monachis ibidem Deo servientibus pro animabus suis et pro animabus antecessorum et successorum suorum de tribus quarteriis frumenti, ad mensuram venalem de Medregniac, annui redditus percipiendis annuatim a dictis monachis in horreo suo de Medregniac pro pane et vino ad consecracionem divini Sacramenti in eadem abbacia perpetuis temporibus, ratam et gratam habeo et volo et concedo, etc. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo nono, sabbato in Ramis palmarum (1). (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1269

XCIX.

Accord avec Jean de Hillion.

Universis, etc., Johannes de Hylion, armiger, salutem in Domino. 1269
Noverint universi quod nos, racione cujusdam escambii concessi et facti inter nos, ex una parte, et viros religiosos abbatem et conventum beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc dyoc., ex altera, remisimus et quitavimus eisdem religiosis de cetero in perpetuum unum cartangium frumenti annuatim, videlicet de tribus cartangiis frumenti que dicti religiosi debebant nobis annuatim super molendinum suum de Quillori; ita quod de dictis tribus cartangiis frumenti non possumus nos vel heredes nostri de cetero a dictis religiosis super dictum molendinum petere, nisi solummodo duo cartangia frumenti annuatim, pro quadam elemosina eisdem religiosis et monasterio suo facta a Stephano Vetart presbitero et persona de Gomene, videlicet pro tercia parte tocius hereditatis ejusdem Stephani site in parrochia de Sivingnac sub

(1) Copie du XVI° siècle, prise sur un vidimus de la cour de Jugon de 1396; voir le n° 62.

dominio nostro et Petri Fozre, excepto hoc quod Jacobus Jocelini tenet de dicta hereditate sub dominio Petri Fozre. Quam elemosinam nobis tradiderunt et concesserunt in recompensacionem dicti cartangii frumenti. Si tamen remanent dictis religiosis elemosine eisdem et monasterio suo facte a Thomas Vetart fratre dicti Stephani sub dominio nostro et Petri Fozre, videlicet due platee site apud Sivingnac inter domum episcopi et domum Gaufridi Perier, et unum cartangium frumenti preter sextam partem quod dedit eisdem religiosis dictus Thomas Vetart super feodum au Bordous, in quibus plateis et frumento nos vel heredes nostri racione dicti escambii nichil juris possumus reclamare (1). Datum anno Domini M° CC° LX° nono, mense aprilis. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

C.

Acquisition dans le fief de Laperdrière.

1269 Universis, etc., Hamo Le Danais, armiger, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presentia constituta, Johanna uxor Roberti Aubaut, cum assensu et voluntate dicti Roberti mariti sui, et Petri filii sui primogeniti, non coacta sed spontanea voluntate, vendidit quicquid juris, possessionis, et proprietatis habebat, et habere poterat, in feodo de Laperdriere, sito in parrochia de Pleneet, sub dominio nostro, totum pro toto, Guillelmo Mallescot, et suis heredibus, jure hereditario in perpetuum pacifice et quiete possidendum (2), etc. Datum anno Domini M° CC° LX° nono, mense aprilis. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CI.

Donation d'Alain de la Corbière.

1269 Universis, etc., Alanus dictus Gautier, tunc temporis presbiter de Gorreio, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constituti, Alanus de Lacorberia et Theophania uxor ejus non coacta, communi assensu et pari voluntate, et de assensu et voluntate nostra, titulo pignoris obligaverunt viro religioso abbati et conventui beate Marie de Boquian, Cist ord., Brioc. dioc., totam decimam suam sitam in Corberia et in Broussa, in parrochia nostra de Gorreio, et in parrochia de Sancto Jacuto du Mene; et quicquid juris, possessionis, et proprietatis in ea habebant et habere poterant et debebant, totum pro toto, super octo libris monete cursilis jam sibi persolutis;

(1) N'ayant pas de sceau, il emploie celui d'un autre écuyer, Thomas Guérin.

(2) Faute de sceau personnel, Hamon Le Danois fait sceller cette charte par le seigneur supérieur du fief de Laperdrière, Rivallon de Langlamet. Le même mois, la ratification de cet acte fut faite par le doyen de Corlay, au diocèse de Cornouailles.

tali condicione apposita quod quandocunque persolverint dictam pecuniam dictis religiosis, dictam decimam suam quitam et liberam rehabebunt; hoc proviso ut semper ante Nativitatem beati Johannis Baptiste dicta decima redimatur, alioquin dicti religiosi fructus dicte decime percipient in autumpno proximo subsequenti quolibet anno, et nullo modo computabuntur in sortem quandiu dicti religiosi ipsam decimam tenuerint obligatam, etc. Datum anno Domini м° cc° sexagesimo nono, mense decembris. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CII.

*Vendredi avant S*t*-Luc. — Vidimus donné par Jean, évêque de Dol, d'une bulle du pape Alexandre IV : cette bulle avait été délivrée à Viterbe, le 15 des calendes de mai, l'an 4 de ce pontificat, en faveur de l'ordre de Citeaux, sur la demande de G., cardinal-prêtre du titre de S*t*-Laurent* in Lucina (1). (*Arch. des C.-du-N. — En partie rongée.*) 1270

CIII.

Aumône faite par un prêtre en Trébry.

Universis, etc., Eudo, archidiaconus Pentheurie in ecclesia Briocensi, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Thomas dictus Balucon, presbiter, dedit Deo et ecclesie beate Marie de Boquian et monachis ibidem Deo servientibus, in puram et perpetuam elemosinam, pro remedio anime sue, antecessorum et successorum suorum, unum boesselum, id est dimidiam unius perreie siliginis, ad mensuram venalem de Moncontor, percipiendum, annui redditus, infra festum beati Michaelis in Monte Gargano, super campo ejusdem Thoma qui vocatur campus molendini, sito in parrochia de Trebrit (2), in exitu vicci Sancti Maudeti, per manum illius quicunque dictum campum tenebit, etc. Datum anno Domini м° cc° septuagesimo. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1270

CIV.

*« Jeanne, veuve de Helier, donne le champ de S*t*-Maudé qui lui avait été baillé, ainsi qu'à son époux, par missire Thomas Baluson. »* (*Inv. de l'ab.*) 1270

CV.

Emprunt consenti par Cillard Le Sénéchal à G. de Penguily.

Universis, etc., Cislardus dictus Senescallus, miles, salutem in 1270

(1) Le cardinal Guy avait été abbé de Citeaux ; il fut employé comme légat à apaiser les discordes du Danemark, en 1266.

(2) L'abbaye possédait en Trébry le fief du petit Breil, avec haute et moyenne justice, rapportant 6 liv, 10 s. ; savoir, 5 liv. 5 s. pour un boisseau et demi et un godet de seigle, mesure de Moncontour, et 25 s. en argent. (Déal de 1750.)

Domino. Noverint universi quod ego pignori obligavi Guillelmo de Penguili omnes redditus et obediencias quos dictus Guillelmus et relicta Johannis Theobardi, et ejus familia, et sui debent mihi et meis super terris quas a me tenent in parrochia de Syvignac, in meo dominio, pro quinquaginta solidis usualis monete, de quibus solucionem plenariam michi fecit, habendos et possidendos dicto Guillelmo et suis pacifice et quiete quousque de dictis L solidis fuerit dicto Guillelmo et suis plenarie satisfactum. Et quandiu Guillelmus predictus predictos redditus et obediencias racione dicte obligacionis tenuerit, seu alius nomine suo, quitari debeo quolibet anno de quatuor solidis usualibus de L solidis supradictis. Et si contingeret quod ego facerem solucionem dicto Guillelmo et suis, aut alius nomine meo, de predictis L solidis, rehabere debeo predictos redditus et obediencias liberos et quietos quamcicius fuerit eidem Guillelmo et suis de predictis L solidis satisfactum; etc. Actum die veneris ante Quasimodo, anno Domini M° cc° septuagesimo, mense aprilis. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CVI.

Arbitrage au sujet d'un moulin.

1270 Universis, etc., Alanus de molendino Gautier, presbiter, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum de Boquian, ex una parte, et Petronillam relictam Hamonis Menerii, ex altera, super quadam donacione elemosinata dictis religiosis ab Ysabella, relicta Joon Le Torneor: scilicet omne illud quod habebat, et habere poterat, in molendino de Querinan, et in prato sito juxta predictum molendinum, in parrochia de Gorreio : quam donacionem dicti religiosi petebant, et dicebant ad se de jure pertinere, racione donacionis predicte; et dicta Petronilla dicebat quod illa donacio fieri non poterat de jure. Tandem compromiserunt in nos dicte partes, et concesserunt bona fide tenere judicium nostrum, recepto prius a dicta Petronilla juramento corporali. Nos autem, inquisita plenius veritate, et auditis racionibus hinc et inde, habito super hoc prudentum virorum consilio, adjudicavimus dictam donacionem dictis religiosis habendam jure hereditario, et de cetero pacifice possidendam, et dictam Petronillam presentem ad hoc tenendum in scriptis condempnavimus; etc. Datum anno Domini M° cc° septuagesimo, mense ....embris. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CVII.

Arbitrage pour un fief.

1270 Universis, etc., Petrus de Morzeles, armiger, tunc temporis senescallus in Pentheuria, salutem in Domino. Noveritis quod cum

contencio verteretur coram nobis inter religiosos viros fratrem Guillelmum, abbatem beate Marie de Boquian, Cist. ord., et conventum ejusdem loci, ex una parte, et Petrum dictum Valance, armigerum, ex altera, super hoc, quod dictus Petrus dicebat quod quedam empcio, quam dicti religiosi, abbas, et conventus dicti loci emerant a Petro Guiomar in feodo de Garmor, coram Rolando de Mota, armigero, nulla erat. Tandem compositum fuit coram nobis inter partes, quod dicta empcio quam dicti religiosi emerant a dicto Petro Guiomar et Aalicia uxore ejus, remanebat totum pro toto dictis religiosis abbati et conventui dicti loci de cetero, jure hereditario, pacifice possidenda et habenda : ita tamen quod dicti religiosi, abbas et conventus dicti loci, tradiderunt dicto Petro Gaufridum dictum Serviget dicto Petro obedientem et servientem de dicta empcione, totum pro toto, sicut dictus Petrus Guiomar et ejus uxor, antequam vendidissent dictis religiosis, obediebant de dicto feodo, et eciam seviebant : et (si) contingeret quod dictus Gaufridus Serviget decederet, vel ad..... placeret dictis religiosis dictum Gaufridum Serviget pro ipsis dicto Petro Valence obedire amplius, dicti religiosi tenentur tradere ...... obedientem dicto Petro Valence et suis pro dicto feodo et servientem laicaliter, sicut dictus Petrus Guiomar ante vendicionem obediebat .... serviebat. Et si dicti religiosi non tradiderint dicto Petro Valence obedientem de dicto feodo, dictus Petrus Valence poterit..... feodum capere in sua manu, donec habuerit a dictis religiosis qui pro dicto feodo obediat laicaliter sicut dictus Petrus Guiomar [et ejus] uxor ante vendicionem obediebant; salva tamen pace facta inter dictos religiosos abbatem et conventum dicti loci, et dictum Petrum Valence in omnibus, sicut continetur in litteris dicti Petri suo sigillo proprio sigillatas. In cujus rei testimonium, de consensu et voluntate dictorum religiosorum abbatis et conventus dicti loci, dicto Petro Valence dedimus presentes litteras sigillo sigillatas, salvo jure domini comitis Britannie et sesina, et cujuslibet alterius dominii. Datum anno Domini M° CC° LXX°. Fuit tamen additum et concessum quod dicti religiosi abbas et conventus non possent vexare dictum Petrum, nec in aliquo molestare super aliquibus que potuissent moveri pro contencione predicta, ante datam presencium litterarum (*Arch. des C.-du-N.*)

CVIII.

« Perronelle Maleffant donne ce qu'elle avait en son fief du Vaumillon, en Plessala. » (*Inv. de l'ab.*) 1271

CIX.

Dimanche avant St-Mathieu. — Testament de Agathe, femme de Guillaume Bataille, élisant sa sépulture à l'abbaye et donnant deux cartaux 1271

de seigle de rente annuelle sur sa dîme de « Plean et Bouseul ». — Ratifié par son héritier en 1282. (Inv. de l'ab.)

CX.

Un lépreux renonce à tous ses droits dans la forêt de Boquen.

1271 Universis, etc., magister Guillelmus Labe, persona ecclesie de Gorreio, et Alanus de Maleganto, capellanus nostri temporis de Gorreio, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Thomas Maloste, leprosus de leprosaria de Gorreio, recognovit quod nichil juris habebat in foresta abbatis et conventus de Boquian; et abrenuntiavit coram nobis juri et sesine, si quod vel quantum habebat, in dicta foresta, etc. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, mense martii. (*Arch. des C.-du-N.*)

CXI.

Donation de Gautier Lemoine, en Sévignac.

1271 Universis, etc., Johannes, decanus de Plumaudan, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia in jure constituti, Galterius dictus Monachus de Valle Ruse, et Theophania, uxor ejus non coacta, et Johanna dicta la Bourdaisse, soror ejusdem Galteri, Petronilla la Bricheste et Johannes filius ejus, dederunt in puram et perpetuam elemosinam Deo et beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., et monachis ibidem Deo servientibus, quicquid juris, possessionis et proprietatis habebant et habere poterant, totum pro toto, in campo de la Moinerie de Sancto Kadroco, sito juxta manerium dictorum religiosorum de Sancto Kadroco, inter dictum manerium et viam publicam, in parrochia de Sevignac, sub dominio domine de Matignon; et quicquid juris, possessionis et proprietatis habebant, et habere poterant, in prato sito in riveria de Aruel, in parrochia supradicta, pertinenti ad dictum campum, pro remedio animarum suarum, antecessorum et successorum suorum; etc. Datum anno Domini m° cc° septuagesimo primo, mense aprilis. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie de la cour de Jugon de 1347.*)

CXII.

Jugement au sujet d'une dîme au Gouray.

1271 Universis, etc., Petrus de Morzella, armiger, tunc temporis senescallus Pentheurie, salutem in Domino. Cum contencio verteretur, coram nobis, inter Alanum de Parco, armigerum, ex una parte, et Johannem Roussel, clericum, ex altera, super tercia parte decime de la Riouere, site in parrochia de Gourreyo, de qua tercia parte dictus clericus erat in sesina : quam terciam partem dictus armiger dicebat

quod erat melius jus suum ad habendum, quam dicto clerico ad tenendum : et dictus clericus dicebat quod dicta tercia pars dicte decime fuerat sibi data a Rollando Corbel, armigero deffuncto, tempore quo vivebat; quod negavit dictus Alanus. Et dictus clericus obtulit se probaturum dictam donacionem sibi fuisse factam a dicto deffuncto. Tandem inter partes predictas fuit coram nobis compositum in hunc modum : quod dictus clericus dicto Alano dimisit dictam terciam partem dicte decime, a dicto Alano et ejus heredibus tanquam jus suum hereditarium de cetero possidendum pacifice et habendum; etc. Datum die jovis ante festum beati Jacobi apostoli anno Domini м° cc° septuagesimo primo. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie de la cour de Jugon de 1353.*)

CXIII.

A. de la Corbière vend une dîme à R. Du Parc.

Universis, etc., Alanus de Parcuo, armiger, salutem in Domino. 1271
Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Alanus de la Corbiere vendidit, cum assensu et voluntate Theophanie, uxoris sue non coacte, Roberto fratri nostro omnes decimas quas habebat in Larioeie et in Latiraleie (1), sitas in parrochia de Gorreio, sub dominio nostro, et quicquid juris, proprietatis, et possessionis in dictis decimis habebat et habere poterat, totum pro toto, pro sex libris monete cursilis, de quibus tenuit se, dictus Alanus de Corberia, propagatum : bannis factis, vendicionibus persolutis, et omnibus que ad empcionem et vendicionem pertinent, secundum consuetudinem patrie, rite actis; etc. Datum anno Domini м° cc° septuagesimo primo, mense junii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CXIV.

Aumône de Robert Menier, de Sévignac.

Universis, etc., Ruellonus, vicarius et presbiter ecclesie de Sevi- 1271
gnac, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus Robertus Menier [parochi] anus noster, compos mentis sue, spontanea voluntate non coactus, dedit in puram et perpetuam elemosinam Deo et beate Marie de Boquian et monachis ibidem Deo servientibus, herbergamentum suum [situm] juxta herbergamentum dictorum monachorum de Lamoinere de Sancto Kadroco, et pratum........ situm juxta pratum dictorum monachorum, cum assensu et voluntate Stephani......... anime sue, antecessorum et successorum suo-

(1) Dans le dénombrement du fief de Jugon, fait en 1682, on voit que le S[r] Du Parc avait droit de quintaine et de bouhours sur les hommes nouvellement mariés de la Corbière et de la Riollais, à peine, en cas de défaut, d'une amende de 15 s.

rum ; etc. Datum die.......... cantatur *Muncra Domini*, anno Domini Mº ccº septuagesimo primo. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CXV.

Une veuve se donne elle et ses biens.

1271 Universis, etc., Eudo, archidiaconus Pentheurie in ecclesia Briocensi, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presencia constituta, Havisia relicta Guillelmi Bedou, compos mentis sue, spontanea, non coacta, nec ad hoc aliqua vi sive dolo inducta, pro remedio anime sue et intuitu pietatis, dedit se et sua mobilia et immobilia monasterio beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., et super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus dictum monasterium constituit in heredem ; etc. Datum anno Domini Mº ccº septuagesimo primo. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie de la cour de Jugon de 1347.*)

CXVI.

1271 « *Accord par lequel les terres et prez qu'Eudon de la Breluere avoit donnez à Ollivier Faramus, sittuez entre la forrest de Bosquen et la rivière de Rance appartiennent à l'abbaye.* » *(Inv. de l'ab.)*

CXVII.

1271 « *Olivier Faramus donne tous les biens qu'il a à la Breluere, en St-Jagut-du-Mené.* » *(Inv. de l'ab.)*

CXVIII.

Echange de Alain Du Parc avec l'abbaye.

1271 Universis, etc., Alanus de Parco, armiger, salutem in Domino. Noveritis quod ego tradidi et assignavi, cum assensu et voluntate Roberti fratris mei, racione escambii perpetui, religiosis viris abbati et conventui de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., totam decimam quam Robertus, frater meus, emit ab Alano de Corberia, sitam in la Riouere et in la Tualaye, sub dominio meo; et terciam partem decime de la Riouere quam Guillelmus de Parco, miles, pater meus, emit de Roberto Corbel; et quidquid juris, proprietatis, et possessionis habebam et habere poteram in decimis de la Tualaye, totum pro toto, dictis religiosis possidendas et habendas in perpetuum, quitas et liberas ab omni servicio, dominio, exactione et redibicione, tanquam jus proprium monasterii sui. Teneor siquidem garantizare eisdem religiosis predictas decimas a me et a meis, et eciam ab omnibus aliis dominis feodalibus qui possent et deberent aliquid jus, seu redditus, vel aliquas redibiciones, in dictis decimis petere quoquomodo. Et si contingeret quod ego non possem garantizare dictis religiosis terciam partem decime de la Riouere, quam pater meus emit, ut

dictum est, a Roberto Corbel, teneor assignare eisdem religiosis unum prebendarium siliginis, ad mensuram venalem de Jugon, in decimis meis propinquioribus in parrochia de Gourreio, aut de Sancto Jacuto pro dicta tercia parte de la Riouere. Et dicti religiosi tradiderunt michi et heredibus, racione excambii pro dictis decimis, prata de la Boulaye sita inter aquam Ricie et le bye molendini Guillelmi Recruchon, et totam terram similiter de la Boulaye de ultra Riciam, sitam sub dominio magistri Guillelmi de Avignon, excepta hochia sita juxta Lestrat, que remanet dictis religiosis, quita et libera in perpetuum ab omni exactione et redibicione; que prata et quam terram Thomas dictus Badouart, clericus, dederat in puram et perpetuam elemosinam monasterio de Boquian, et monachis ibidem Deo servientibus, pro remedio anime sue; etc. Et volo et concedo ut dicti religiosi habeant litteras senescalli Pentheurie de hoc, ad majorem confirmacionem. Et teneor ire et gratare quociens ab eis fuero requisitus. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo primo (1). (*Arch. des Côtes-du-Nord.* — *Copie de la cour de Jugon de 1353.*)

CXIX.

Arbitrage au sujet de biens voisins de ceux mentionnés dans l'acte précédent.

Universis, etc., Petrus de Morzella, senescallus tunc temporis in terra Pentheurie et Dinanni, salutem in Domino. Noveritis quod cum 1271 contencio verteretur, coram nobis, inter religiosos viros abbatem et conventum beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., ex una parte, et Eudonem filium Hamonis de Lacorbiere, clericum, ex altera, super hoc quod dicti religiosi petebant a dicto Eudone, clerico, medietatem tocius hereditatis Eudonis dicti Chaalec, site in Corberia, sub dominio domini comitis Britannie, in parrochia de Gorreio, racione donacionis facte eisdem religiosis a Thomas Badoart, clerico, que competebat eidem Thome, clerico, ex successione dicti Eudonis Chaalec, ut dicebant dicti religiosi; et dictus clericus dicebat quod sibi pertinebat racione empcionis facte a Hamone, patre suo, a dicto Eudone Chaalec, ut dicebat. Tandem compositum fuit inter eos in hunc modum : quod medietas campi de Lalande et medietas prati pertinentis ad dictum campum que declarata fuerunt per inspectionem, judicio curie domini comitis Britannie mediante, remanent dictis religiosis de cetero pacifice et quiete possidenda et habenda, tanquam jus proprium monasterii sui; etc. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo primo. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

(1) Dans cette charte, comme dans la précédente, Alain Du Parc, n'ayant pas de sceau, empruntait celui d'Alain Maleffant.

CXX.

1271 *Janvier. — Pierre de Morzelles, sénéchal de Penthièvre et de Dinan, fait savoir que Jean Rossignol et Jeanne sa femme ont vendu à Boquen un pré sis dans la paroisse de* Gorreio, inter forestam de Boquian et villam de Lahaie, *provenant de la succession de la mère du vendeur. (Cab. Cornillet.)*

CXXI.

Engagement de la dîme de Kaerbul.

1271 Notum, etc., Gaufridus, filius Willelmi, filii Eudonis, et Petrus frater ejus, ingagiaverunt decimam de Kaerbul monachis de Boquiam in presencia venerabilis Petri, episcopi Briocensis, pro x libris : tali conditione ut si eam predicti monachi vellent possidere ad alienam manum non deveniret. Tandem predicti Gaufridus et Petrus in hoc convenerunt ut concederent predictam decimam monachis de Boquiam perpetuo possidendam : hoc idem concessit filius predicti Gaufridi in presencia R., archidiaconi de Pentheure, qui ad peticionem predictorum Gaufridi et Petri ad majorem confirmacionem presenti carte sigillum suum apposuit. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CXXII.

1272 *Mars. — Charte, en partie détruite, par laquelle Cillard, dit le Sénéchal, chevalier, fait connaître que Jean Bechemie, Benevanta sa femme, Pierre leur fils aîné, ont fait un échange avec Boquen : l'abbaye reçoit tout ce que les sus-dénommés possédaient* in territorio de Pengaure, in parrochia de Sevignac, *sous le domaine de Cillard : elle donne, en échange, tout ce qu'elle possède* in territorio de Queroulai, *même paroisse, sous le domaine de Guillaume Bataille. (Arch. des C.-du-N.)*

CXXIII.

Acquisition, par échange, d'un clos au Gouray.

1272 Universis, etc., Petrus de Morzella, senescallus tunc temporis in terra Pentheurie et Dinanni, salutem in Domino. Noverint universi quod, coram nobis in jure constituti, Petrus Raolin et Theophania uxor ejus non coacta, communi assensu et pari voluntate dederunt, tradiderunt et assignaverunt in excambium perpetuum, causa permutacionis, religiosis viris abbati et conventui beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., quicquid juris, proprietatis, possessionis et sesine habebant et habere poterant, totum pro toto, in clauso de Laquarree et in terris, pratis, aquis et decimis pertinentibus ad dictum clausum, sitis in parrochia de Gorreio, sub dominio domini comitis Britannie, habendum et pacifice de cetero possidendum, tanquam jus suum proprium et monasterii sui : pro quodam cartengio siliginis eisdem Petro et Theophanie et eorum heredibus, a dictis

religiosis vice mutua relaxato, dato, tradito et assignato de sex cartengiis que dicti Petrus et Theophania ejus uxor et heredes eorum debebant, annui redditus, dictis religiosis de terra eorum eisdem et eorum heredibus in perpetuum feodum a dictis religiosis tradita; etc. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo secundo, mense maii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CXXIV.

Avril. — « Plusieurs particuliers donnent le pré de Rebrac, sy comme il descend en l'Estang aux Moines, qui est assis entre Lhermitage de Broon et Lescobliere, jusqu'au fossé qui descend de Lambrehan à l'eau. » (Inv. de l'ab.) 1272

CXXV.

« Eschange faict entre lesdicts abbé et couvent et Guillaume Berel, fils de Geffroy, qui donne tout ce qu'il tient générallement en la parroisse de Gouray, avec les charges que ses avons *iront paistre dans les communs de Ranlastre, et qu'il y coupera des litières et landes, et qu'il aura un cart de saigle, mesure vénale de Plenest, pour contreschange. » (Inv. de l'ab.)* 1272

CXXVI.

Aumône de Cillard Le Sénéchal, en Sévignac.

Universis, etc., Johannes, decanus tunc temporis de Plumaudan, salutem in Domino. Noveritis quod, coram nobis in jure constitutus, Cislardus dictus Senescallus, miles, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam Deo et abbacie beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., et monachis ibidem Deo servientibus, omnes redditus et obediencias quos, vel quas, eidem militi debebant Johannes Bechemie et sui, in tenemento de Pengaure, et heredes Theobaldi, militis defuncti, et sui, pro tenemento de Lamoinerie juxta grangiam dictorum monachorum de Sancto Kadroco; que supradicta, videlicet redditus et obediencie, sita sunt in parrochia de Sevignac, Macloviensi diocesi, sub dominio Rollandi de Dinanno militis; pro remedio anime sue, antecessorum et successorum suorum, et ut sint participes omnium bonorum que fiunt, et de cetero fient, Deo dante, in abbacia supradicta; etc. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo secundo, mense julii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1272

CXXVII.

Obligation contractée par un chevalier.

Universis, etc., Petrus de Morzelles, senescallus tunc temporis in terra Pentheurie et Dinanni, salutem in Domino. Noverint universi quod Cislardus dictus Senescallus, miles, recognovit in jure, coram nobis, se debere abbati et conventui beate Marie de Boquian, Cist. 1272

ord., centum solidos monete currentis ex vendicione et tradicione bladi ; quos denarios dictus miles tenetur reddere dictis abbati et conventui in nondinis Plenodii proximo venturis ; et de dicta solucione facienda, ad terminum supradictum, obligavit dictis abbati et conventui omnia bona sua mobilia et immobilia, et concessit quod nisi dictos denarios reddiderit dictis abbati et conventui ad terminum supradictum, quod ipsi capiant, seu capi faciant, per allocatos curie domini comitis Britannie, nanna dicti militis, ubicunque potuerint inveniri, pro denariis supradictis, si nanna mobilia possint inveniri : et si nanna mobilia non possint inveniri, quod vendant et banniri faciant, per curiam domini comitis Britannie, tantum de bonis immobilibus dicti militis quod eisdem sit de dictis denariis plenarie satisfactum, etc. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo secundo, die jovis proxima post festum beati Bartholomei apostoli. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CXXVIII.

Donation de Cillard le Sénéchal, en Dollo.

1272 Petrus, Dei gracia Briocencis episcopus, universis, etc. Noveritis quod, coram nobis in jure constitutus, Cislardus dictus Senescallus, miles, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam, Deo et abbacie beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dyoc., et monachis ibidem Deo servientibus, quedam prata sua sita in parrochia de Dollo, Brioc. dyoc., inter aquas, videlicet inter alveum per quem aqua venit ad molendinum de la Roseie et veterem aquam, sub dominio domini comitis Britannie, pro remedio anime sue, antecessorum suorum, et ut sint participes omnium bonorum que fiunt, et Deo dante fient, in abbacia supradicta (1) ; etc. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo secundo, mense augusti. (*Arch. des C.-du-N.*)

CXXIX.

1272 *Août. — Eudes, archidiacre de Penthièvre, fait savoir que Guillaume de* Mara, *chevalier, reconnaît que Geoffroi le Noir, son père, a légué à Boquen, par acte de dernière volonté, une perrée de froment de rente, mesure de Moncontour, le jour de St-Michel* in Monte Tuba, *sur la* Villa Payen, *in* Quessoyo. (*Vidimus de la châtellenie de Jugon, de 1347. — Cab. Cornillet.*)

CXXX.

Acquisition d'un carterium de froment au Gouray.

1272 Universis, etc., Petrus de Morzellis, senescallus tunc temporis in

(1) Ce pré, plus tard, s'appelait « la Prée de la Grange aux Moines ». — Il y a un acte, dans les mêmes termes et à la même date, passé devant l'official de la cour de St-Brieuc ; plus la charte de Cillard lui-même, qui n'en est que la répétition exacte : celle-ci était scellée de son sceau.

terra Pentheurie et Dinanni, salutem in Domino. Noveritis quod, coram nobis in jure constitutus, Bartholomeus dictus Armiger vendidit, cum assensu et voluntate Aalicie uxoris sue non coacte, et Gaufridi filii sui primogeniti, religiosis viris abbati et conventui beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., unum cartengium frumenti ad veterem mensuram, et duos denarios de mengerio, quod et quos habebat et percipiebat annis singulis, annui redditus, in feodo de Arguenon, in parrochia de Gorreio; et quicquid juris, proprietatis, et possessionis habebat et habere poterat et debebat, totum pro toto, in dicto cartengio frumenti et dictis duobus denariis; a dictis religiosis de cetero pacifice et quiete possidenda et habenda tanquam jus suum proprium et monasterii sui; de precio cujus vendicionis tenuit se dictus Bartholomeus Armiger coram nobis penitus pro pagato; etc. Datum anno Domini м° cc° septuagesimo secundo, mense novembris. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CXXXI.

Acte, en partie rongé par l'humidité, par lequel Henri de Bosco Bili, *sénéchal du seigneur Rolland de Dinan, fait connaître que Constance, femme de Jean Glacon, Raoul Poinces, avec le consentement de Jeanne sa femme, Etienne Poinces et sa femme Aanor, et Theophanie, femme de Moyse de Cordan, ont vendu à Boquen tout ce qu'ils possédaient* apud la Moinerie de Sancto Kadroco in parrochia de Sevignac. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1272

CXXXII.

Charte, en partie détruite, par laquelle le doyen de Plomaudan *fait savoir que Geoffroi Theobaldi a aumôné à Boquen* quicquid juris, possessionis, proprietatis et primogeniture habebat in territorio de Penguili sito inter villam de Penguili et grangiam de Sancto Kadroco, in parrochia de Sevignac. *Il semble qu'il devait aux moines, sur la terre qu'il donne, une rente annuelle d'un* cartengium frumenti, *à la mesure vénale de Jugon. (Arch. des Côtes-du-Nord.)* 1272

CXXXIII.

Echange avec Eudes de Bréhal, au Gouray.

Universis, etc., [Eudo] de Brehal, armiger, [salutem in Domino]. 1272
Noverint universi quod ego tradidi et assignavi in excambium [proprietatis], cum assensu et voluntate .... [uxoris] mee non coacte, religiosis viris abbati et conventui beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., quicquid juris, proprietatis, et possessionis habebam, vel habere poteram et debebam, totum pro toto, in terra quam Thomas dictus Escanbeche et sui tenebant de me in parrochia de Gorreio, dictis religiosis de cetero pacifice et quiete possidendum et

habendum tanquam jus suum hereditarium, et proprietatem monasterii sui. Et teneor garantizare dictis religiosis dictum excambium a me et meis, et eciam contra omnes, ad usus et consuetudines patrie, pro quadam terra sita en Lagoliere in supradicta parrochia, a dictis religiosis uno anno jam transacto michi tradita et assignata; etc. Volo et concedo quod ipsi religiosi habeant litteras cujuscunque persone voluerint de hujusmodi excambio ad majorem confirmacionem; et teneor ire et gratare quociens ab eisdem religiosis fuero requisitus. Datum anno Domini м° cc° septuagesimo secundo. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CXXXIV.

Aumône de Jean Bouet, de Sévignac.

1272 [Universis], etc., Johannes, tunc temporis decanus de Plomaudan, salutem in Domino. Noveritis quod, coram nobis in jure constituti, Johannes dictus Bouet, et Lucia uxor ejus non coacta, communi assensu et pari voluntate, dederunt et concesserunt in puram et perpetuam elemosinam, Deo et abbacie beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., et monachis ibidem Deo servientibus, quicquid juris, proprietatis et possessionis habebant, et habere poterant, et debebant, totum pro toto, in territorio de Querresic, sito inter villam de Penguili et grangiam dictorum monachorum de Sancto Kadroco et capellam Sancti Kadroci, in parrochia de Sevignac, sub dominio domini Cislardi dicti Senescalli, militis, pro remedio animarum suarum, antecessorum et successorum suorum; etc. Datum anno Domini м° cc° septuagesimo secundo. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CXXXV.

Renonciation de la dîme de la Vieuville, au Gouray.

1273 Universis, etc., Eudo, archidiaconus Pentheurie in ecclesia Briocensi, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur, coram nobis, inter religiosos viros abbatem et conventum beate Marie de Boquian ex una parte, et Guillelmum Dagornel et Johannem dictum monachum de Leube, ex altera, super medietate decimarum territorii quod vocatur herbergamentum Veteris Ville, situm in parrochia de Gorreia : dicti Guillelmus et Johannes, coram nobis in jure constituti, concesserunt et dederunt dictis religiosis et eorum monasterio dictam medietatem decimarum dicti territorii, cedendo jura et actiones que vel quas circa dictam medietatem habebant et habere poterant; etc. Datum die martis post *Reminiscere*, anno Domini м° cc° septuagesimo tercio. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CXXXVI.

Donation par un artisan, bourgeois de Broons.

Universis, etc., Cislardus dictus Senescallus, miles, salutem in Domino. Noveritis quod nos ratam et gratam habemus donacionem illam quam Guillelmus Glacon, faber et burgensis de Broon, fecit, cum assensu et voluntate Luce filii sui primogeniti, Deo et beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., et monachis ibidem Deo servientibus; videlicet quicquid juris, proprietatis et possessionis habebat et habere poterat et debebat in territorio de Querresic, inter villam de Penguili et grangiam dictorum monachorum de Sancto Kadroco, et capellam Sancti Kadroci in parrochia de Sevignac, sub dominio nostro, sicut vidimus in litteris dictorum religiosorum sigillo Johannis tunc temporis decani de Plomaudan sigillatis plenius contineri. Insuper donamus et concedimus eisdem religiosis quicquid juris proprietatis, possessionis et dominii in dicto territorio de Querresic habebamus et habere poteramus, etc. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo tercio, mense aprilis. (*Arch. des C.-du-N. — Il y a une copie de la cour de Jugon du mardi après la Ste-Catherine 1347.*) 1273

CXXXVII.

Donation de Supplicie à son fils Jean.

Universis, etc., decanus de Pleumauden, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presencia constituta in jure, Supplicia, filia Johannis dicti Follart, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam, Johanni filio suo terciam partem tocius hereditatis sue, quam ipsa Supplicia habebat seu habere poterat et debebat in parrochia de Broon, tam in terris arabilibus quam pratis, landis, nemoribus, aquis et aliis universis, sub cujuscunque dominio existentem, habendam et tenendam et pacifice et quiete possidendam predictam terciam partem predicto Johanni et suis heredibus jure hereditario in propria manu. Transferendo in dictum Johannem quicquid ejus proprietatis, possessionis, et sesine dicta Supplicia habebat, seu habere poterat, in predicta tercia parte per tradicionem presencium; etc. Datum anno Domini M° CC° LXX° tercio, die mercurii, ante festum beati Mathei apostoli. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1273

CXXXVIII.

Adjudication aux moines à titre de voisins proches.

Universis, etc., Johannes Ruffus, miles, senescallus tunc temporis 1273
Pentheurie, salutem in Domino. Noveritis quod cum Robertus Le

Garangiere exponi vendicioni fecisset et baniri campum de la Barree, cum parvo prato eidem campo adjacente et pertinente, et octodecim selliones de dicto *Cort champ* de veteri furno, situm in parrochia de Gorray, sub dominio domini comitis, pro quinquaginta et octo solidis cursilis monete, quos Johannes Rosvinel debebat predicto Roberto; vendicione computata in summa antedicta, et post bannos completos predicte res prefato Roberto fuissent avenentate, abbas et conventus de Bochian, nomine suo et predicti monasterii, dictas res per proximitatem suam rethinuerunt (*sic*) pro dictis denariis sibi et eorum monasterio in puram et finalem hereditatem jure hereditario in futurum pacifice possidendum et habendum, bannis factis vendisque solutis, et omnibus aliis rite et jure peractis que ad empcionem et vendicionem pertinent, secundum usus et consuetudines patrie, nemine reclamante nec eciam contradicente; etc. Datum mense novembri, anno Domini M° CC° LXX° tercio. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CXXXIX.

Echange de Guillaume de Penguily.

1273 Universis, etc., Guillelmus de Penguili, salutem in Domino. Noveritis quod nos dedimus, tradidimus, et assignavimus, cum assensu et voluntate Agapte uxoris nostre non coacte, in perpetuum excambium, causa permutacionis, religiosis viris abbati et conventui beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., omne illud quod habebamus et habere poteramus, et debebamus, in clauso dictorum religiosorum de novo facto, sito juxta vineam suam in parrochia de Sevignac, habendum et de cetero pacifice possidendum, tanquam jus suum proprium et monasterii sui; pro quodam clauso in quo Vivianus condam solebat manere, et quoddem nemore quod predicti religiosi emerant a Johanne Glacon et Radulpho Poinces, sito in dicta parrochia de Sevignac, sub dominio dictorum religiosorum; tenendo ab eisdem religiosis, et reddendo eisdem quatuor denarios de mangerio, annui redditus, in Natale Domini, pro dictis clauso et nemore et alio feodo quem tenemus ab eisdem videlicet Laapennerie; etc. Volumus eciam quod dicti religiosi habeant litteras curie domini Rollandi de Dinanno, militis, desuper dicto excambio, ad majorem firmitatem, si viderint expedire, quas litteras tenemur eisdem concedere et firmare (1). Datum anno Domini M° CC° LXX° tercio, mense novembris. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie de la cour de Jugon, de 1347.*)

(1) Guillaume n'ayant pas de sceau, scelle avec celui du fils de Jacques du Penguily.

CXL.

Echange, avec G. Le Rey, de biens en Langourla.

A toz ceus qui verront ou orront ces lettres, Joane comtesse de Lamarche e de Engolesme, e dame de Fougieres et de Porhoit, salu en Nostre Seignor. Sachent toz que nos avon fet et e estaible icele eschange que labe e le covent de labeie de Boquian, de lordre de Cisteaux, levesque de Seint Brioc, firent a Gefre dit Rei, borgeiz de Ploarmel; cest asaveir de feu de Labarre e de Cran e de la Pervenchiere les apartenances asises in la parroisse de Langorla e de Seint Vran, soz nostre seignorie. Lesqueles choses valeient quant ces lettres furent donees seixante e quinze souz de rente chequn an. E de ces choses de sus dites avon receu labe de ladite abbeie de Boquian por lui e por son covent en nostre fei, et volon que illaient e tiengent bien e en pez. En testemoine de ceste chose avon done ces letres audit abbe e a son covent seelees en nostre seel, sauve nostre dreiture en totes choses e nostre sesine. Ce fut fet en lan Nostre Seignor mil e dex cenz e seixante et treze. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1273

CXLI.

Aumône de Pétronille La Brichete, en Sévignac.

Universis, etc., Guillelmus Guenier, armiger, senescallus tunc temporis domine de Matignon, salutem in Domino. Noverint universi quod, coram nobis in jure constituti, Petronilla la Brichete, Johannes filius ejus, et Agnes soror dicti Johannis, filia dicte Petronille, recognoverunt se dedisse coram Johanne, tunc temporis decano de Plomaudan, in puram et perpetuam elemosinam, Deo et abbacie beate Marie de Boquian, Cyst. ord., Brioc. dioc., et monachis ibidem Deo servientibus, quicquid juris, possessionis et proprietatis habebant, et habere poterant, totum pro toto, in campo de la Moennerie de Sancto Cadroco, sito juxta manerium dictorum religiosorum de Sancto Cadroco, inter dictum manerium et viam publicam, in parrochia de Sevignac, sub dominio domine de Matignon; et quicquid juris, possessionis et proprietatis habebant, et habere poterant, in prato sito in riveria de Aruel, in parochia supradicta, pertinente ad dictum campum, pro remedio animarum suarum, antecessorum et successorum suorum; etc. Datum anno Domini M° cc° septuagesimo tercio. (*Arch. des Côtes-du-Nord. — Copie de 1347.*) 1273

CXLII.

« Vendition faicte par Jan Favart à Guille Maillet du droict qu'il avoit au fief de la Bresolaye, sittuée au Gouray. » (Inv. de l'ab.) 1273

CXLIII.

1273 « *Guillaume Lecointe, bourgeois de Jugon, donne le champ de la Broce Menier, sis en Dollo.* » *(Inv. de l'ab.)*

CXLIV.

1273 « *Geffroi Lemoine donne un quartier de froment sur ses biens sis en Morieuc.* » *(Inv. de l'ab.)*

CXLV.

Donation de Henri de Montfort, en Trégastel.

1274 Universis, etc., Rollandus Ruelan, senescallus tunc temporis de Treguer, salutem in Domino. Noveritis quod, coram nobis in jure constitutus, Henricus de Monteforti, miles, concessit et gratavit reddere in perpetuum, annis singulis, in festo omnium Sanctorum, viris religiosis abbati et conventui beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dyoc., aut eorum certo nuncio, unam justam frumenti annui redditus, ad mensuram venalem de Sancto Brioco, in bono frumento et sufficienti, in villa Tanou, sita in parrochia de Tregledel; et si defecerit de solucione facienda dicte juste frumenti, termino assignato, annis singulis, in parte vel in toto, concessit et gratavit quod ipsi religiosi capiant vel capi faciant per allocatum domini comitis Britannie tantum de bonis suis mobilibus et immobilibus quod ipsi religiosi se teneant integraliter pro pagatis de dicta justa frumenti, et de dampnis et deperditis universis, si que vel quas habuerint vel fecerint pro defectu solucionis dicte juste frumenti; etc. Datum anno Domini Mº ccº septuagesimo quarto, mense aprili. Salvo jure domini comitis Britannie in omnibus et sesina, et cujuslibet alterius dominii. Datum ut supra. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CXLVI.

Legs de Jean Dollou, de Sévignac.

1274 Universis, etc., Guillelmus de Alneto, miles, salutem in Domino. Noverint quod Johannes Dollou, deffunctus, cujus executor testamenti isto (*sic*), dedit in ultima voluntate sua, et concessit Deo et abbacie beate Marie de Boquian, et monachis ibidem Deo servientibus, pro remedio anime sue, antecessorum et successorum suorum, unum cartengium frumenti, ad mensuram venalem de Sevignac, dictis religiosis et eorum monasterio, jure hereditario, singulis annis habendum et percipiendum super decima sua de Sevignac, sicut nobis constat certissimo et in ejus Johannis testamento, sigillis autenticis sigillato, continetur, etc. Datum die lune, in festo beati Georgii, anno Domini Mº ccº septuagesimo quarto. *(Arch. des Côtes-du-Nord.— Copie de 1347.)*

CXLVII.

Echange avec Pierre Raolin.

Universis, etc., Guillermus dictus Monachus, armiger, dominus feodalis, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presencia constituti, Petrus dictus Raolin, et Theophania uxor ejus, non coacta, communi assensu et pari voluntate, dederunt, tradiderunt et assignaverunt in excambium perpetuum, causa permutacionis, religiosis viris abbati et conventui beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., omnes decimas quas habebant et habere poterant, totum pro toto, sub dominio nostro, habendas et pacifice de cetero possidendas tanquam jus suum proprium et monasterii sui; pro quodam cartengio siliginis ad mensuram venalem de Jugun de Petro Raolin et Theophanie uxore ejus, et eorumdem heredibus, a dictis religiosis vice mutua relaxato, dato, tradito et assignato de sex cartengiis que dicti Petrus et Theophania ejus uxor et heredes eorum debebant annui redditus dictis religiosis de terra eorum eisdem Petro et Theophanie et eorum heredibus in perpetuum feodum a dictis religiosis tradita; etc. Salvo jure nostro in omnibus et sesina, et cujuslibet alterius domini (1). Datum anno Domini M° CC° septuagesimo quarto, mense maii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1274

CXLVIII.

Echange avec Jean Milon, de Sévignac.

Universis, etc., Guillelmus Bataille, armiger, salutem in Domino. 1274
Noverint universi quod, coram nobis in jure constituti, Johannes Milon et Oliva uxor ejus, non coacta, de communi assensu et pari voluntate, et de assensu et voluntate Johanne, matris dicte Olive, et Willelmi de Avignon, mariti dicte Johanne, et patris dicte Olive, dederunt, tradiderunt, et assignaverunt in excambium perpetuum, causa permutacionis, religiosis viris abbati et conventui beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dyoc., quicquid juris, proprietatis, possessionis et sesine habebant et habere poterant, totum pro toto, in pratis, aquis, terris, nemoribus, et omnibus rebus aliis, sitis in parrochia de Sevignac sub primogenitura nostra; habendum, et pacifice de cetero possidendum tanquam jus suum proprium et monasterii sui, pro eo quod habent dicti religiosi in villa de Karriozet (vel Karriolet) cum pertinenciis suis, situm in parrochia de Plesala; dictis Johanni Miloni et Olive ejus uxori et eorum heredibus vice mutua dato, tradito et assignato a dictis religiosis; etc. Datum anno

(1) Scellé du sceau de Olivier de la Roche, chevalier.

Domini M° CC° septuagesimo quarto, mense junii (1). (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CXLIX.

Nouvelle donation de Guillaume de Penguily.

1274 Universis, etc., Guillelmus de Penguili, salutem in Domino. Noverint universi quod, cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum beate Marie de Boquian, Cyst. ord., Brioc. dioc., ex una parte, et nos ex altera, super territorio de Kerdretie, sito inter capellam Sancti Kadroci et grangiam dictorum religiosorum de Sancto Kadroco, in parrochia de Sivignac, sub dominio dictorum religiosorum; Deum habentes pre ecclesiis, de bonorum virorum consilio, dictam contencionem dictis religiosis quittavimus, dimisimus et omnino dimittimus; et quicquid juris, proprietatis, et possessionis in dicto territorio habebamus et habere poteramus; insuper quinque busellos siliginis, ad mensuram venalem de Sevignac, quos ab eisdem religiosis petebamus, racione supradicti territorii de Kerdresic, dictis religiosis et eorum monasterio dimisimus, dedimus, et eciam damus, cum assensu et voluntate Agapte uxoris nostre, non coacte, in puram et perpetuam elemosinam, pro remedio animarum nostrarum, antecessorum et successorum nostrorum; et ut simus participes omnium bonorum que fiunt, et de cetero, Deo dante, fient in abbacia supradicta de Boquian; etc. Volumus eciam ut dicti religiosi habeant litteras decani de Ploumauden sub hac forma, vel sub meliori forma, de hujusmodi quittacione et donacione si sibi videant expedire et tenemur ire pro dictis litteris impetrandis, et sigillandis quociens a dictis religiosis fuerimus requisiti (2). Datum anno Domini M° CC° septuagesimo quarto, mense julii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CL.

1274 *Au mois de décembre, Eudes et Guillaume de* Moriaco, *frères, Thomase et Jeanne, leurs femmes, engagent à Boquen leur dîme sise à* Morioc, *pour trente livres. — Scellé par Eudes Visdeloup, chevalier. (Cab. Cornillet.)*

CLI.

1274 *« Alain Le Court échange avec l'abbaye une terre sise en Landehen : il donne ensuite ce qu'il avait reçu en échange. » (Inv. de l'ab.)*

CLII.

Donation de Bertrand de Coetlan, en Sévignac.

1275 Universis, etc., Bertrannus de Coytlan, salutem in Domino. Nove-

(1) L'acte primitif de donation était scellé par Guillaume d'Avignon, clerc.
(2) L'acte primitif scellé par Pierre Mainasac.

rint universi quod ego, spontaneus non coactus, nec ad hoc aliqua vi sive dolo indutus (*sic*), dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam monasterio beate Marie de Boquian, Cyst. ord., Brioc. dyoc., et monachis ibidem Deo servientibus, pro remedio anime mee et pro remedio antecessorum et successorum meorum, omnes redditus quos dicti monachi michi et heredibus meis debebant de terra Lescoyt, sita in parrochia de Sevignac; nichil in dictis redditibus, nec in dicta terra, michi et heredibus meis retinens, nisi tantummodo obedienciam et retribucionem divinam; etc. Actum die mercurii ante *Reminiscere*, anno Domini M° CC° LXX° quinto, mense marcii. (*Arch. des C.-du-N.*)

CLIII.

Accord avec A. Du Parc au sujet du fief de Portechar.

Universis, etc., Alanus de Parquo, armiger, heres principalis Guillelmi de Parquo, militis, defuncti patris sui, et Eudonis Gargaion avi sui, salutem in Domino. Cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., ex una parte, et nos, ex altera, super feodo dicto Portechar sito in parochiis de Tredaniel et de Trebrit, quem dicti religiosi petebant a nobis, ea racione quod fuerat eisdem elemosinatum a Radulfo de Brehant, clerico, et ab Oliverio dicto Pie-de-Ribot, fratre ejus, heredibus dicti Portechar, et successoribus in dicto feodo Portechar, tanquam ab herede dicti Eudonis Gargaion, avi nostri, militis defuncti, cui Eudoni ab heredibus dicti Portechar, nomine pignoris, fuerit obligatum. Tandem post multas altercaciones, ad pacem et concordiam devenimus in hunc modum : quod nos pro bono pacis et concordie, damus et concedimus dictis religiosis, et eorum monasterio, tres minas siliginis ad mensuram venalem de Jugon, annui redditus, habendas et percipiendas sine aliqua contradictione et sine aliquo impedimento, annis singulis, in decimis nostris de Gorreio, infra festum omnium Sanctorum, per manus illorum qui decimas nostras collegerint. Et si dicte decime nostre de Gorreio non sufficerent ad predictas tres minas solvendas eisdem religiosis, pro ut superius est expressum, volumus et concedimus quod dicti religiosi percipiant et habeant residuum dictarum trium minarum siliginis in decimis nostris de Sancto Jacuto; et si dicte decime nostre de Gorreio et de Sancto Jacuto non sufficerent ad predictas tres minas solvendas annis singulis eisdem religiosis, nos obligamus eisdem omnia bona nostra mobilia et immobilia ad predictas tres minas perficiendas. Et tenemur garantizare dictis religiosis predictas tres minas siliginis ab omnibus et contra omnes. Ita tamen quod si dicti religiosi, aut nos possemus invenire predictas tres minas siliginis in decimis comparandas in cas-

1275

tellania de Jugon, nos tenemur emere et solvere precium dictarum trium minarum siliginis, et eas tradere et assignare dictis religiosis sine fraude et sine dolo, et garantizare eas eisdem religiosis, secundum usus et consuetudines patrie. Et tunc remanebunt nobis ille tres mine predicte quas assignavimus eisdem religiosis in decimis nostris predictis. * Et tenemur eisdem religiosis dare et concedere litteras officialis Briocensis super premissis pro ut melius et utilius potuerint impetrare. Dicti vero religiosi voluerunt et concesserunt quod nos et Anneta mater nostra, antecessores et successores nostri, simus participes et consortes omnium bonorum que fiunt et de cetero Deo dante, fient in abbacia sua de Boquian. Et nos concessimus eisdem religiosis quod erimus de cetero boni amici et fideles dictis religiosis et eorum monasterio, salva fide nostra. Dicti insuper religiosi debent tradere nobis litteras quas habent a Radulfo de Brehant, clerico, et ab Oliverio dicto Pie-de-Ribot, fratre ejus, de donacione dicti feodi Portechar, quum habuerint litteras officialis Briocensis, excepta littera de donacione prati Guegant siti in parrochia de Trebrit, in quo nichil reclamamus nec retinemus; etc. Datum anno Domini Mº ccº septuagesimo quinto (1). (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CLIV.

Aumône de Ruellan Talenaz.

1276 Universis, etc., Johannes, decanus tunc temporis de Plumaudan, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia in jure constituti, Ruellanus Talenaz et Theophila uxor ejus, non coacti, cum assensu et pari voluntate, dederunt et concesserunt in puram et perpetuam eleemosinam Deo et abbacie beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., et monachis ibidem Deo servientibus, quidquid juris, proprietatis, et possessionis habebant, et habere poterant, totum pro toto, in feodo Abegners, sito in parochia de Sevignac, sub dominio domine de Matignon; pro remedio animarum suarum, et successorum suorum; etc. Datum anno Domini Mº ccº lxxº sexto, mense junii. (*Copie de la cour de Jugon de 1347.— Arch. des C.-du-N.*)

CLV.

1276 *« L'abbaye achète la Moennerie de St-Carreuc; Gautier Le Moine donne tout ce qu'il y possède sous le fief de Matignon. »* (*Inv. de l'ab.*)

(1) Il y a deux copies de cette charte, toutes deux de la Cour de Jugon; l'une du mardi après St Vincent 1356, l'autre du vendredi après l'Ascension 1352. — La charte de l'official, de la même année 1275, est la reproduction textuelle de celle d'Alain Du Parc, jusqu'à l'endroit marqué d'un astérique; le *Pratum Guegant* avait été donné à l'abbaye par Pierre Guégant, et s'appela dans la suite le fief du Breil.

CLVI.

Aumône de Pétronille Maleffant, à Plessala.

Universis, etc., Eudo, archidiaconus Pentheurie in ecclesia Briocensi, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presencia constitutus, Guillelmus dictus Maleffant recognovit in jure quod Petronilla Maleffant, mater dicti Guillelmi, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam, pro remedio anime sue, monasterio beate Marie de Boquen, Cist. ord., Brioc. dyoc., et monachis ibidem Deo servientibus, quicquid juris, possessionis, proprietatis et dominii habebat et habere poterat, totum pro toto, in toto feodo quod tenebant Thomas Tirel de Valle Milon et fratres ejus de dicta Petronilla, situm in parrochia de Plesala, cum omnibus pertinenciis dicti feodi; quam donacionem ratam et firmam in jure coram nobis habuit dictus Guillelmus et habet; confidens insuper et concedens dictis religiosis et eorum monasterio idem Guillelmus quicquid habebat et habere poterat et debebat in supradicto feodo cum pertinenciis, etc. Datum, die lune post festum beati Illarii, anno Domini M° CC° LXX° septimo. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1277

CLVII.

« *Agnès, veuve de Jan de Morieuc, donne à l'abbaye 12 deniers de rente annuelle sur sa maison et herbergement situés au bourg, nommée la maison Brumant.* » (*Arch. de l'ab.*) 1277

CLVIII.

Bail emphytéotique consenti par T. De Bréhal.

Universis, etc., Thomas de Brehal, filius Hamonis de Brehal, salutem in Domino. Noverint universi quod nos tradidimus ad firmam perpetuam Eudoni dicto Senaut et heredibus suis quicquid juris, proprietatis, et possessionis habebamus et habere poteramus, totum pro toto, in villa de Sancto Gerando, et in territorio de Torgoit, et in communibus et saltibus et omnibus pertinenciis dicte ville et dicti territorii, habendum et possidendum dicto Eudoni et heredibus suis in perpetuum pacifice et quiete, solvendo nobis et heredibus nostris, quolibet anno, decem et octo denarios monete currentis in nundinis de Pleneet absque magis; etc. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras dicto Eudoni Senaut dedimus sigillo Roberti Le Garrengierre, armigeri, ad preces nostras sigillatas, quia proprium sigillum non habebamus. Datum anno Domini M° CC° septuagesimo septimo, mense julii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*) 1277

CLIX.

Aumône de Eudes Gouhèdre, écuyer.

1277 Universis, etc., Eudo archidiaconus Pentheurie in ecclesia Briocensi, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Eudo Gouhedre, armiger, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam, cum assensu et voluntate Amete uxoris sue, non coacte, Deo et beate Marie de Boquian, et monachis ibidem Deo servientibus, pro remedio anime sue et antecessorum suorum, successorumque, duas partes unius mine frumenti, ad veterem mensuram, de prandio quas percipiebat et habebat singulis annis in villa de Ranlastro et ejusdem ville pertinenciis; etc. Datum anno Domini M° CC° LXX° septimo, mense septembri. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CLX.

Confirmation des dîmes de la Corbière par Geoffroi Corbel.

1277 Universis, etc., Eudo, archidiaconus Pentheurie in ecclesia Briocensi, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum beate Marie de Boquian, Cist. ord., ex una parte, et Gaufridum dictum Corbel, ex altera, super omnibus decimis suis sitis in Corberia, in parrochia de Gorreio, in castellania de Jugun; quas decimas dicti religiosi dicebant sibi jure hereditario pertinere, racione Roberti Daedin et fratris Thome Badalver, clerici, per successionem Johannis Rufi, clerici, de Corberia, defuncti, fratris dicti Daedin et avunculi dicti Thome; cui Johanni Rufo dictus Gaufridus Corbel dederat pro bono servicio suo sibi impenso decimas supradictas, et quicquid juris proprietatis, possessionis, dominii, mengerii et sesine in dictis decimis habebat et habere poterat et debebat, totum pro toto; de qua donacione dicti religiosi habebant litteras Willelmi de Ros, tunc temporis senescalli de Jugun. Tandem, post multas altercaciones, dictus Gaufridus Corbel, saluti anime sue providens, de bonorum virorum consilio, dictam donacionem fideliter et legitime factam fuisse coram nobis recognoscens, ratam et gratam habens, concessit in jure coram nobis quod nichil de cetero in perpetuum in dicta donacione per se, vel per alium, reclamabit, etc. Datum anno Domini M° CC° LXX° septimo. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CLXI.

Donation d'Etienne Guehenec, de Sévignac.

1278 Universis, etc., Guillelmus, decanus de Plomauden, canonicus Macloviensis, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presencia constitutus, Stephanus, filius Stephani Guehenoc, spontaneus

non coactus, nec ad hoc aliqua vi sive dolo inductus, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam monasterio beate Marie de Boquian, Cyst. ord., Brioc. dyoc., et monachis ibidem Deo servientibus, cum auctoritate et assensu dicti Stephani patris ejusdem, tutoris sui, pro remedio anime sue et pro remedio animarum antecessorum et successorum suorum, quicquid juris, proprietatis, possessionis, sesine et proximitatis habebat, et habere poterat, et debebat, totum pro toto, in feodo de Laboere, cum pertinenciis suis, sito in parrochia de Sevignac, sub dominio Oliverii de Coylan, armigeri; nichil sibi, aut suis heredibus, in dicta donacione retinens nisi tantummodo divinam retribucionem; et insuper dictum monasterium, quoad premissa, constituit universalem heredem suum, et de omnibus predictis, racione donacionis predicte seu institutionis, sesivit, et investivit coram nobis idem Stephanus dictos monachos, nomine suo et monasterii sui, per presentes litteras, et heredes suos universos et singulos ad omnia predicta fideliter tenenda et inviolabiliter observanda specialiter et expresse obligavit, etc. Datum die mercurii proxima post Purificacionem beate Marie virginis, anno Domini M° CC° LXX° octavo. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CLXII.

Acquisition dans le même fief.

Universis, etc., Oliverius de Coylan, dominus feodalis, salutem 1278
in Domino. Noverint universi quod Margarita, filia Gervasii Leleu, et Herveus Gerin, et ejusdem Hervei uxor, et Haysia et Orena filie Lamberti Grayou, in nostra presencia constituti, vendiderunt in jure, coram nobis, religiosis viris abbati et conventui abbacie beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., quidquid juris, sesine, proprietatis et proximitatis, totum pro toto habebant, et habere poterant et debebant, in feodo de Laboiere cum suis pertinenciis, situm in parrochia de Seguignac (*sic*), sub dominio nostro; eisdem religiosis et eorum monasterio de cetero jure hereditagio pacifice, tanquam jus suum, possidendum et habendum; bannis factis, vendicionibus persolutis et omnibus aliis que ad empcionem et vendicionem pertinent plenarie pactis, secundum usus et consuetudines istius patrie; etc. Datum anno Domini M° CC° LXX° octavo, mense februarii. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CLXIII.

Vente en Sévignac, par G. Bataille.

Universis, etc., Petrus [de Mordeliis], armiger, senescallus domini 1278
Rollandi de Dynanno, militis, tunc temporis in terra de Sevignac,

salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Guillelmus Bataille, armiger, vendidit religiosis viris abbati et conventui beate Marie de Boquian, Cyst. ord., unam minam frumenti, annui redditus, ad mensuram de Sevignac venalem, quam dicti religiosi debebant eidem Guillelmo, quolibet anno, super vinea sua de Pleseiaco in parrochia de Sevignac, sub dominio dicti Rollandi militis; et quicquid juris, proprietatis, possessionis et sesine habebat, et habere poterat et debebat, totum pro toto, in dicta vinea, cum pertinenciis suis, racione dicte mine frumenti; de precio cujus vendicionis se tenuit idem Guillelmus coram nobis integre propagato; etc. Datum anno gracie M° CC° LXX° octavo, mense maii (1). (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CLXIV.

Aumône d'Etienne Laval de Sévignac.

1278 Universis, etc., Guillermus, decanus de Plomaudan, canonicus Macloviensis, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presencia in jure constituti, Stephanus, filius Radulfi Laval defuncti, et Theophania soror ejus, spontanei non coacti nec ad hoc aliqua vi sive dolo inducti, dederunt et concesserunt, in puram et perpetuam elemosinam, monasterio beate Marie de Boquian, Cist. ord., Brioc. dyoc., et monachis ibidem Deo servientibus, pro remedio animarum suarum, et pro remedio animarum antecessorum et successorum suorum, quicquid juris, proprietatis, possessionis et sesine habebant, et habere poterant et debebant, totum pro toto, in feodo de Laboere, cum pertinenciis suis, sito in parrochia de Sevignac, sub dominio Oliverii de Coitlan, armigeri; etc. Datum die mercurii ante festum beate Katherine virginis, anno Domini M° CC° septuagesimo octavo (*sic*). (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CLXV.

1278 *25 novembre. — Acte semblable du mercredi après la Purification, par lequel Guillaume de Laval donne tout ce qu'il a au fief de* Laboere. (*Id. — Acte original et copie de la cour de Jugon du mercredi après Ste Catherine 1347.*)

CLXVI.

1279 *Vendredi après la fête de St Vincent, martyr. — Simon, évêque de St-Brieuc, fait savoir que Guillaume Malescot a aumôné à Boquen tout ce qu'il possédait dans le fief de Laperdrière, en* Plencet, *sur le domaine de Hamon Le Danuis.* (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

(1) Un acte de 1380 indique que cette vigne avait été afféagée à Eon Rosselot et à Janet Le Brec moyennant une redevance de 3 demeaux de froment, mesure de Jugon, à porter au grenier et grange de St-Quadreuc.

CLXVII.

Donation par R. Pinart, de Kerbrehant.

Universis, etc., Eudo, archidiaconus Pentheurie in ecclesia Brio- 1279
censi, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia in jure constitutus, Rollandus Pinart dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam Deo et abbacie beate Marie de Boquian, Brioc. dyoc., Cist. ord., et monachis ibidem Deo servientibus, XII denarios usuales reddendos singulis annis dictis religiosis ad Nativitatem beate Marie Virginis, super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus; etc. Datum die jovis post Purificacionem beate Marie Virginis, anno Domini M° CC° LXX° nono. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CLXVIII.

Vente de terres en St-Gouéno.

Sachent touz que en dreit, par davant nous establiz, Gefre Cheue 1279
e Thomas du Brehal reconnurent que il ont vendu e vendirent par davant nous en dreit a Eon Senaut tout quanque il avaient, e povaient aveir e devaient, en Cargoit e en Seint Queau, sis en la parroisse de Seint Goinou; tant en terres arables, en pres, en bois, en rentes, que en toutes autres choses; le tout pour le tout, audit Eon Senaut, e a ses hers, des ores en avant par dreit heritage a aveir, e a tenir, e e a porseer en peez, bans feez, ventes paees, e toutes autres choses dreitement fetes qui a vente e a achat deivent estre, es usages e es coustumes du pais. Du pris de laquele vente iceus Gefre e Thomas se tindrent, par davant nous, entierement pour paiez. E jurerent en dreit, par davant nous, lesdiz Gefre e Thomas, que en ladite vente nulle chose de dreit des ores en avant ne demanderont ne ne reclameront par eus ne par autre, ou par autres pour eus, ne feront demander ne reclamer. E sunt tenuz de toutes cestes choses rendre nostre cort senz doumages, e toutes lesdites choses tenir, e en contre non venir, jurerent lesdiz Gefre e Thomas en dreit par davant nous; et nous les i condampnames. Done tesmoin nostre seau establi a Lamballe, a Moncontor, e a Jugon, a la requeste desdiz Gefre e de Thomas, sauf nostre dreit e nostre sesine en toutes choses e de chescun autre. Ce sont done u mais de feurier en lan mil e dous cens e sexante e dez e nof. *(Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CLXIX.

Les moines cèdent leurs droits au fief de Laboyère.

Universis, etc., Oliverius de Coilen, dominus feodalis, salutem in 1279
Domino. Noveritis quod Johannes de Villa Marie, coram nobis in

jure constitutus, concessit et gratavit per sacramentum suum coram nobis prestitum, sub obligacione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presencium et futurorum, ubicunque existencium, se reddere in perpetuum religiosis viris abbati et conventui de Boquian, Cist. ord., Brioc. dioc., annis singulis, infra festum Nativitatis beate Marie Virginis, apud Sanctum Cadrocum, scilicet in grangia eorumdem religiosorum, tria cartengia siliginis ad mensuram venalem de Jugon, pro omni jure et hereditate quod habebant dicti religiosi in feodo de Laboiere, sito in parrochia de Sevignac sub dominio nostro, eidem Johanni et suis heredibus tradita in perpetuum a dictis religiosis. Et si contingerit quod dictus Johannes, vel heredes sui, defecerit, seu defecerint, de solucione dicti siliginis facienda termino prenotato, et loco, prout superius est expressum, in toto vel in parte, concessit idem Johannes quod dicti religiosi capiant, seu capi faciant, sua nanna in dicto feodo, vel alibi si maluerint, ubicumque existencia, seu ubicunque poterint ea invenire, pro solucione dicti bladi integranda, prout superius est divisum, absque ulla contradicione; etc. Datum anno Domini Mo CCo LXXo nono, mense junii. (*A. des C.-du-N.*)

CLXX.

Donation de Ruellan de Langiamel.

1279 Universis, etc., Eudo, archidiaconus Pentheurie in ecclesia Briocensi, salutem in Domino. Noverint universi quod Ruellanus de Langiamel, armiger, coram nobis in jure constitutus, dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam, abbacie de Boquian et monachis ibidem Deo servientibus, quidquid juris, sesine, proprietatis, dominii, occasionis, actionis habebat, et habere poterat et debebat, totum pro toto, in grangia de Quarberhaut (1) cum pertinenciis suis, tam terris quam pratis, locis archagiis seu rebus aliis; etc. Datum, de consensu dicti Ruellani, die jovis proxima post Decollacionem beati Johannis Baptiste, anno Domini Mo CCo LXXo nono. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CLXXI.

Obligation contractée par O. de Bocenit, en St-Gouéno.

1282 Sachent touz que en nostre cort en dreit establiz, Olivier de Bocenit e Havis, sa fame, reconnurent que il deivent a religious homes e honnestes labe e le couvent de Nostre Dame de Boquien seet livres de

(1) Le fief et bailliage de Carbrehaut, en Plénée-Jugon, rapportait, en 1750, 89 liv. 16 s. En 1585, on voit noble Jean Tremaudan, Sr de Carbrechaut, qui devait obéissance à l'abbaye.

monnaie courante de bonne dete e de leal de cause de leal preest, si comme il le reconnurent par nostre dite cort; e pour les dites seet livres, a estre rendues es diz religious ou a lor commande, cestes letres aportant, icele Havis, o lotrei, e o la volente e o lautorite dudit Olivier son mari, en titre de gouage, balla e obliga es diz religious ses demes sises en la parroisse de Seint Goinou, u tenement Patarin e u tenement Raoul u fee Loya, u tenement Raoul Robert, e tout quanque le ..... Havis e Olivier son mari avaient, e povaient avoir e devaient, es dites demes des diz tenemenz o toutes lours apartenances, le tout por le tout. Lesqueles demes les diz religious ou lor commandement tendront .... e apercevront les fruiz e les esues des dites dites demes juque a tant que es diz religious ou a lor commandement des dites seet livres seit fete pleniere satifacion. Eusi toutevais que les diz Havis e Olivier son mari ...... lor hers poiront rendre des diz religious ou de lor commandement les dites demes des dites seet livres toutes les feiz que il voudront de denz oyt jors prochains davant li Nativite Seint Johen Baptiste chèscun an tant cumme les diz religious ou lor commandement tendront les dites dexmes. Eusi toutevais que si les diz Havis e son mari ou lor hers ne avaient raint les dites demes des diz religious oyt jors dans la dite Nativite, iceux religious ou lor commandement auraient, e prendraient, e aperceuraient touz les fruiz e les levees des dites demes de lan que les diz Havis e son mari ne les auraient raintes de denz oyt jors davant la Nativite Seint Johen Baptitre (*sic*), e chescun an tant cumme il tendraient les dites demes senz ce que les fruiz ne les essues ne le levees des dites demes saient contez en chatel e senz ce que il porgent quitance es diz Havis ne a son mari des dites seet livres; e sunt tenuz les dites demes garantir e defendre es diz religious ou a lor commandement de touz e contre sus touz lor autres biens en quel leu que il saient chescun de eux le tout pour le tout; e es dites choses tenir senz venir en contre obligerent es diz religious eus e lor hers e touz lor biens en quel leu que il saient; e renuncerent en dreit en nostre dite cort les diz Havis e Olivier son mari a tout privilege de croiz done e a doner, a toute usure, a toutes excepcions e allegacions aides de dreit e de coustumes qui lor porraient valeir en ce feet es diz religious e a lor commandement; veire e par que i la tenor de ceste letre seit empescheie ou destorbeie; e ne pevent les diz Havis e son mari allegier paement ne quitance tant comme les diz religious ou lor commandement aurint ceste letre fors par les letres des diz religious ou de lor commandement ou par letres de notre cort. E si nule personne meteit empeschement sur les dites demes que lexequcion de ceste letre ne seit fete il .... oter lempeschement a lor propres despens. E si len ne peut aveir le paement des dites demes [ou sil] ne

pevent lempeschement oter, il sunt tenuz a rendre lor cors et demorer en otages a lor propres despens en une de noz villes la ou les diz religious ou lor commandement voudront jusques a tant que il lor aient feet paement des dites seet livres e des couz e des dommages devant diz. E voudrent que nostre cort prenge les cors de eus e tienge por le dit otage fere, e pour ce ne demorra pas que l'en espleite de lor biens e de la dite deme ou des dites demes si comme il est dit par desus; e toutes les dites choses tenir senz venir encontre jurerent les diz Havis e Olivier son mari en dreit en nostre dite cort. E nous es dites choses tenir les condampnames. Donc tesmoin nostre seau establi a Lamballe, a Moncontor e a Jugon, a la requeste des diz Havis e Olivier son mari, sauf nostre dreit e nostre sesine en toutes choses e de cheiscun autre. Ce sont done u mais de marz en lan de grace mil e dous cens e quatre vinz e dous. (*Arch. des Côtes-du-Nord.*)

CLXXII.

1282 *« Geoffroi du Rocher, chevalier, et Pierre Lesart, bourgeois de Lamballe, s'engagent à payer à la St Denis 30 perrées de seigle, mesure de Lamballe, pour les dîmes que Geoffroi* Gillebus *avait à Yffiniac. » (Inv. de l'ab.)*

CLXXIII.

1283 *« Geoffroi Agnees donne la moitié du clos de St-Carreuc pour une osche de terre sise près la chapelle dudit lieu, et s'oblige à payer aux religieux, à la grange de St-Carreuc, à la foire de Dinan, un demeal de seigle, mesure de Jugon. » (Inv. de l'ab.)*

CLXXIV.

1286 *Mardi après la Nativité de St Jean-Baptiste. — Enquête faite au Guenroc par-devant l'abbé de Lantenac, vicaire de Pierre, évêque de St-Brieuc, au sujet de la prétention que* Hamo Prigencii *et consorts avaient de construire un moulin sur des terres de l'abbaye appelées* Plunge Cheval. *— Cet acte est dans le plus mauvais état : on y voit mentionnés quatre chevaliers du nom de* Prigencii; *savoir, Geofroy, Alain, Eudes et Hamon. (Arch. des Côtes-du-Nord.)*

CLXXV.

